



Casa

R

Gab.

Est.

Tab.

13

N.<sup>o</sup>

24

R

13

24

may pena dñe de way  
otheray red wy dypenkey  
gabriyada mireway,  
Si ate o ws caninkey.

may pluma ado caninay  
mred woy dypenkey  
grey al hels blyway  
Si asta al ales wlay

and the other two were  
in the same condition  
as the first.

Preyteklo

CONSTITUTIONES  
MONACHORVM  
NIGRORVM ORDINIS  
S.P. Benedicti Regnorum  
Portugalliae. Col.º Real



50808  
BIBLIOTHECA  
MUNICIPALIS  
PORTUGALIAE  
LISBONA

CONIMBRICÆ.

Cum facultate Inquisitorum, & Ordinarij.

Apud Didacum Gomez de Loureyro Academias  
Typographum. Anno Dñi. 1629.

СОЛНЦЕВІДА  
МУЯОНДАНОМ  
ІІГІРДАМОМУРДІНІ  
P.Benedicti Regini  
Toluidensis



СОЛНЦЕВІДА  
МУЯОНДАНОМ  
ІІГІРДАМОМУРДІНІ  
P.Benedicti Regini  
Toluidensis

## APPROBATIO.

**I**VSSV Supremi S. Inquisitionis Senatus has  
Benedictinas Portugallenses Cōstitutiones per-  
legi, in quibus nihil sanè deuium Orthodoxæ  
fidei, nihil bonis offensum moribus offendit, sed Mo-  
nasticæ disciplinæ consona, & apta omnia, ut tam  
sacris statutis Sanctissimi Patriarchæ Benedicti reli-  
gata Religio, verè sacra, verè benedicta nuncupetur.  
Quapropter totum legale opus, sacram, ac benedi-  
ctum excludendum censeo. Braccharæ in Conuen-  
tu S. Mariæ de Populo anno 1628. postridie Idus  
Octobris.

*Fr. Antonius Maldonado Lector Primarius  
Sacrae Theologie.*

---

## LICENCIAS.

**V**ISTA a Informação podemse imprimir estas Constitui-  
ções, & depois de impressas serão conferidas con. seu origi-  
nal, para se dar licença para correrem, & sem ella não correrão.  
Lisboa aos 3. de Nouembro de 1628.

Gaspar Pereira. D. João da Sylva. Fr. Antonio de Sousa.

---

**V**ISTA a licença do Sancto Officio podemse  
imprimir. Coimbra 6. de Nouembro de 628.

*Diogo de Almeida.*

**V**O L U M E N hoc legale Benedictinum à Supremo  
Sanctæ Inquisitionis Senatu mihi sub censura tradi-  
tum, luci tunc tradendum censui: ecce nunc oblatum iam  
excusum contuli originario, à quo nihil in ipso distractum,  
nihil diuersum, sed omnimodè cohærere reperi. In hoc  
nostro Conuentu Dominæ de Populo Braccharaugusta-  
no, anno Domini 1629. quarto Kalendas Ap̄ilis.

Fr. Antonius Maldonado Lector Primarius  
sacræ Theologie.

## INGENIA

# PROLOGOMENA.

De Initio, Augmento, Lapsu, & Reparatione Ordinis Sancti Patris Benedicti in Regno Portugalliae.

## CAPVT PRIMVM.

*De primordio Ordinis Benedictini  
apud Lusitanos.*

**S**ACRA Benedictina Religio Sublacis quondam specu generoso Nursiae semine sata, & ex Cassinensi vertice feliciter germina scens, in eam tandem amplitudinem, & maiestatem longè, latèque propagata excreuit, ut encomium illud Israelitici populi Numer. 24. Religionis sacrae oraculum haud immerito censi queat, & haberi.

Etenim siue Monasteriorum multitudinem, siue Monachorum sanctimoniam, ac vite candorem contempleris, siue sacras Antistitutum insulas, versicolores Doctorum tenias, Summorum Flaminum tiaras, purpuratos Patres, rubrosque galeros suspicias: siue denique in regalia Imperatorum diademata, in Regum coronas, & aurea sceptralia, iu Ducum, atque Comitum vriegata stemmata, & insignia, siue aliosque complures sub Benedicti vexillo recensitos oculos coniijcias, rectè quidem, & apposite verba illa parabolizantis Balaamii mirabundus refundes. Quām pulchra tabernacula tua Iacob, & tentoria tua Israel; vt valles nemorose, vt horti iuxta fluvios irrigui, vt tabernacula que fixit Dominus, quasi cedri propè aquas, &c.

Numer. 24.

## Prologomena.

Enim vero, quam pulchra tentoria illa, ex quibus tot Martyrum millia, tamquam milites antepilani purpureis laureati corollis, palmisque victricibus rutilantes prodire, quibus Ecclesia Christi Seruatoris, pulchra ut Luna, terribilis ut castrorum aries ordinata, Benedictino cruce roscida elegantiū pulchrescit.

Cantus. 5.

Quād pulchra sanè tabernacula illa Iacob, in quibus tot Sanctorum albo scripti milites presso pede, apertoquē marte non urbes, aut mænia, sed semetiplos viriliter expugnantes, insigne reportarunt trophæum, aeternaque Epinicia apud cœlitos recantant.

Vt tabernacula certè quæ fixit Dominus, infinita illa prope modum cœnobia, quibus sacra confiatur Religio, quæ diuino attestante oraculo, in supremum usque Iudicij diem, tanquam Domini dextra refixa perennabit.

Vt valles nemorosa, diuersæ illæ Benedictinæ familæ, quæ à nigricante radice pullularunt. Nonne, vt vallis nemorosa, sacrū illud Cistertium, claraquæ vallis, quæ nardis abundat, hircum minimè olet, sed Bernardi abhuc efflat odorem? Nonnè vt valles nemorosa sacra Romualdi, Gualberti, Celestina, & Olivetanae Familia, compluresquæ aliæ Sanctissimum Patriarcham Benedictum, protoparentem agnoscentes? nemo sanè ibit initias. Illarum enim alumni cedros Libani, Cypressos Sion, palmas Cades, speciosas Oliuas, viridantes Platanos, Terebinthosquæ extendentes ramos suos sublimitate contemplatiovis, sanctitatis odore, exterrituque virtutum amplitudine longo superant interuallo.

Vt valles nemorosa, vt horti iuxta fluvios irrigui, diuersæ per Italiam, Hispaniam, Galliam, Germaniam, aliasq; orbis partes Monachorum nigroru Congregations, in quibus hortis veluti conclusis, areolisquæ atomatum nigricantes desiderij cœlestis viole vernant, liliaquæ conuallum rore cœli irrigata vire scunt.

Viget inter eas nostra hæc Portugallensis antiquitate nobilis, novitate felix.

Etenim si prima illius initia quaras, protoparentem Benedictum inspirasse in faciem ejus spiraculum vita reperies. Superstite namque adhuc Sanctissimo Patriarcha, Monachi nigri in Lusitaniam deuenire, atque propè Herculeam urbem Conimbricam

## Prologomena.

bricam, Orientem versus in profundo quodam sito, altissimis montium iugis vndique circumsepto, celeberrimum illud *Lurbani* Monasterium construxerunt, vt ex Archivo illius constat, in quo verba hæc scriptis tradita reperiuntur. *Domus nostra Lurbani constructa fuit viuente abbas Patre nostro Benedicto, &c.* Aedificationis annus esse creditur 137. mense Maio, sexannis ante obitum Sanctissimi Patriarchæ.

De Monaster. Lur bani.

Porrò hæc primæ Benedictinæ radices ita Lusitano solo firmiter adhæserunt, vt nec etiam in generali à Sarracenis Hispaniarum euentione fuerint euasiæ, cum Monasterium hoc multis posteris annorum curriculis tanquam lilyum inter spinas illæsum permanserit Monachorum sanctitate, ac reddituum copia insigne.

Vtrumque ex donatione quadam Ferdinandi magni Regis Legionensis ipsi Monasterio facta, & in monumentis illius asseruata liquet.

Cùm enim Ferdinandus Rex era Cæsar 1102. Christi autem anno 1064. industria, & consilio Monachorum *Lurbani* Conimbricam à Sarracenis possessam obsideret, alimentaque pro exercitu alendo deficerent, Monachi pecudum carnes, aves, pisces, & legumina, frumentum, atque vimum Regi, & militibus ad expugnationem usque urbis abundantiissime suppeditarunt, hodiernæque possessionum reliquæ copiosis olim redditibus, ac postea comparatis fidem adstruunt.

Quod verò attinet ad Religionem, præclarum est testimonium Regis, ibi supra. Etenim expugnata urbe, eaque à magnificentia regali Monachis oblata, ipsi nihil aliud prater Ecclesiam Diui Petri Gothorun adficiū accepérunt. Vnde Rex ad filios suos, Regnique proceres conuersus, inquit; *Ego per Creatorem rerum omnium iuro, quod homines isti, quibus tam parum cupiditatis inest, viri Dei sunt.* Et statim infra, prædictum Monasterium, Monachosq; illius successoribus suis semel & iterum commendans rationem reddens, addit. *Quoniam ego inueni eos meliores omnibus alijs Monachis, qui in Regno meo erant, &c.*

Hocasmodi virtus candor apud Monachos *Lurbani* perennavit ad tempus usque D. Sancii secundi Regis Portugallæ, tunc enim ad Monasterium de Pedroso cōmigrarunt antiquum suum domicilium relinquentes, & ab eo expulsi non propter laxiorē vinien-

## Prologomena.

viuendi rationem, aut temporalium dissipationem (quidquid  
4 Brito in aliqui dicant) sed propter Regionam D. Tarasiam ipsius Sanctij  
Chron. c. 29 filiam, quæ cum ex decreto Pontificio ab Alphonso IX. Legio-  
nensi Rege, cui matrimonio, & consanguinitate pariter erat con-  
iuncta, per diuortij sententiam suisset separata, in Portugalliam  
reversa reliquum vita in Monasterio, ac solitudine illa Lurbani  
monialibus Cistertensibus ibidem aggregatis transire concu-  
pinit, ac tandem paterna potentia, Summiq[ue] Pontificis assensu  
obtinet.

Porto pro defensione Majorum nostrorum & ostensione il-  
lorum in innocentia duplex iudicium vulgare libet afferre tetuimus  
Vtrumque in libro veteri vitium in compaginatis apud Mo-  
nasterium de Pedroso afferuato continetur. Primum est Mona-  
chi Richardi nomine, quia Lurbano cum alijs expulsus Romam  
petiit, & a Cassino hanc epistolam transmitit ad Monachum  
amicum suum in Monasterio de Pedroso iam commorantem.

**F**ratris Lombardo charissimo indignus Frater Richardus salu-  
tent in Domino Iesu Christo, & Sanctissimo P. Benedicto,  
ex Cassino 4. Kalend. Septembri anno Domini. 1201.  
Si forte dilectus frater de nobis cogitare aliquid sufficientes su-  
mus, in Domino glorietur, qui in altissimis habitat, & humilia  
respicit in celo, & in terra, quia qui dedit abstulit, nè forte gloria  
aliena elati prolaberemur: Sed heu quomodo iacet ciuitas sola plena  
populo, non dicamus solam, sed iterum plena populo: sed doleo frater-  
nis, & alterum gaudeo, quia pro Christo passi sumus, sine causa dice-  
re non audemus (peccatores autem sumus) si cum ea Deus scit. Vnde  
ante peto, ut cum fratribus nostris consoleris, nam omnes particeps  
facti sumus amictie Dei, quia per magnas tribulationes oportet  
nos saluos fieri, si exiles gementes, vel flentes, propriam patriam  
inquirimus, memores esse debemus qualiter a nostris accepimus  
Monasterium Bubulense maximum, Dumicense, Tibianense, &  
alij qui quasi nostra florere ceperunt: iusto Dei iudicio depravati,  
depopulati, & desolati defecerunt nos autem mastos quia consolidatores  
decet, tanquam oves errantes consolari in Domino, quia non  
per domos alienas vagantes alienam inquirimus, sed propriam glo-  
riam.

## Prologomena.

riam. Fratribus dilectis, sive disiunctis, sive congregatis quomodo posteris salutem dic pro nobis sub consolatione; spero enim licet oves errantes, tanquam suas querat nos Dominus, & in ouile cælestè suum per Pastorem nostrum Beatisimum P. Benedictum introducat omnes. Spero de te & fratribus nostris quod factum sit sciare per te, si potes, rogo, nobiscum Deus, &c.

Posteriorius innocentia Monachorum Lurbani graue testimoniū est Delfini Fedo, hic enim in Catalogo Romano, seu (vt aiunt) Roteiro Episcopatum Ecclesiarum, ac Monasteriorum, loquens de Diocesi Conimbricensi, ita inquit:

*Diocesis Colimbiensis. Monasterium Lurbani, quod per multos annos à Monachis nigris S. Benedicti cum magna religione gubernatum, ut preficitur in Cisterciensium monialium versum est cum Monachi ab eo iniuste fulminata culpa, & violenter recipiendi causa Reginā Thbareiam Sanctij Regis filiam expulsi fuere, &c.*

Ex quibus constare videtur Monachos nigros non propter dissipationem bonorum, aut irreligiosum viuendi modum, sed propter causam citatam à Lurbano suis expulsos, monialesq; introductas.

Ceterum his omissis licet Lurbanum candidula iam profert pellicina, seu nardinos flores emitat, tanquam nardus tam (quæ teste Polihistore, radice nigret) à nigris nostris incēpit, ibique Monachorum Lusitanæ nigra radix sepulta iacet,

Plin. lib. 12.  
c. 12.

§.

*¶ Secundum Portugallie Monasterium inter Benedictinare- De Monas- censem Bubulense fuit, ut constat ex Archivo Monasterii sterio Bu- nostri S. Ioannis de Pendorada, in quo catalogus est Monaste- riorum Portugallensium Ordinis Benedictini, inter ea vero Mo- nasterium Lurbani, & Monasterium Bubulense in Conimbricensi Diocesi sita referuntur. Fuit autem aedificatio prædicti cenobij sub titulo Salvatoris annis quatuor post prima funda- menta Lurbani (proindeque duabus ante obitum S. P. Benedi- ci) quingentesimo scilicet quadragesimo primo in loco qui Vilariga dicitur tribus leucis a Conimbrica distas versus Aquilonem prope viam Regiam, qua ad Portucallensem urbem ten- dit ad radices montis Busaco, nunc vulgo Sublaco, olim forsitan propter Monachos, qui a sublaco originem ducabant nuncupa- tum. Eximia sanctitate floruit, illiusque Monachi viri sancti, vo-*

## Prologomena.

cabantur. Sub obedientia illius sex alia fuere Monasteria, & intra mania urbis Conimbricensis Ecclesiam habebat *Saluatoris*, quæ nunc etiam sub eodem titulo perseverat. Oppida vero, ac municipia, quæ illius subiacebant dominio, vnum erat, ac tringita, inter quæ præter vicina *Mocarros*, *Ventosa*, *Tamengos*, & alia *Recordaies*, *Ilbauo*, *Salgeiro*, & *Aueiro* nominantur. Constant hæc omnia ex Archiuo Ecclesiæ Cathedralis Conimbricensis. Porro tēpus, quod omnia terit, Monasterij prædicti nec vestigia reliquit, cum etiam Ecclesia loci illius Ecclesia Parochialis sit, & præclaræ Augustiniana familiæ vnta.

Apoc. 21.

Cant. 1. 6.

Hæc sunt prima, & antiquiora Ordinis Benedictini in Beirensi prouincia apud Lusitanos fundamina *omni lapide pretioso ornata*, hæc primi Benedicti Augustalii, pulchra illa tentoria Israel, nigra quidem, sed formosa sicut tabernacula *Cedar*, sicut pelles Salomonis.

## CAPVT SECUNDVM.

### De Incremento ordinis Monachorum nigrorū ab Ana fluvio, usque ad Mondam.

§. I.

ficitus, ac  
primo + **Q**UANQVAM verò Beirensis Regio, cuius caput Herculea Conimbrica est, Regia quam sinu suo fouet Academia perillustris fuit ex prædictis paret, Benedictina Religione fuerit consecrata; nulla tamen est ex quinque, quibus Regnum Portugallense constat, quæ nigris non fuerit Benedictinis palmibibus redimita.

De Mona-  
sterio Cau-  
laniana. Primò enim in Transtagana Regione celebre cœnobium extitit *Caulaniana* nomine, ad ripam Ane fluminis situm, in quo ultimus Gothorum Rex Rodericus à Saracenis prælio victus conscientiam exoneravit: Monacho vero qui auricularem eius confessionem audiuit, grates debet immortales Portugallia profaco illo pignore, *Sacra (inquam) Imagine Virginis Nazarethe* toto orbe celeberrima. *Cum enim indè Barbarorum tyrannidem* ¶ Cœnobium Transtago- *fugiens*.

## Prologomena.

fugiens desolatum Regem sociaret, sacram illam Imaginem secū de-  
tulit, atque in eodē montis vertice, quo bodierna luce aditus Oce-  
ni non longe ab Alcobacia colitur, quoad vixit coluit, moriensque  
tanquam thesaurum absconditum in agro assertata reliquit. Pre-  
dictum tamen cœnobium intra fines antiquæ Lusitanie propè  
Emeritā existens, lametabili illa Hispania clade omnino periit.

¶ Secundò in Regione Cistagana Estremadura vulgo nuncupa- **De Mon-**  
ta, cuius caput insignis est Vlyssipo, Monasteria tūm Monacho- **sterio Na-**  
rum, tūm etiā Monialū extitisse satis liquet ex vita S. Irenæ san- **bantiae,**  
Monialis Benedictinæ apud Nabantiam nobile Portugallie  
municipiū, cuius ibi sacer crux ripam fluuij Nabão perfudit, quā  
nunc etiā virginum Conuentus mobilitat, cum labete anno 653.  
martyrii palmam Iræna fuerit accepta. Eiusdem quoque oppidi  
Ecclesiam maticem S. Maria dos Olivæ Monachorum cœ-  
nobium fuisse traditio est.

Monast. Sanct. Benedicti Scallabitanæ hac nostra aetate ædifi-  
cari cœpit admirabile illud continens S. Crucifixi miraculum.  
Etenim cum ibi olim puella gregem pasceret, adolescentique  
nolle ascendit, ni prius ille in ermitorio quodam veteri, cora  
Domino Crucifixo nuptias promitteret, spopondit adolescens,  
promissis tamen postea statre renuens, coram Vicario generali  
adductus est. Qui cum de testibus ageret, *Hos* (inquit puella)  
*Habeo sed in ermitorio S. Crucifixi oportet excepti.* Vnde illuc  
ab cunctis, lachrimis ipsa perfusa, testem omni exceptione ma-  
iore Christum Dominum exhibit. O rem mirabilem! *Imago*  
*ecce Crucifixi, dexteram à Cruci extrahens, capite simul, ac semi-*  
*corpore inclinato brachium dextrum deorsum extendit: manusq;*  
*affixa Cruci, clavis tantum sinistra manus, ac pedum mirabiliter*  
*in hanc modum veritati subscripta.* Obslupuere tunc omnes, mi-  
ranturq; & animo permouentur universi, qui sanctā, illā effigie  
sic adhuc inflexam suspiciunt. Sacram Ædiculam tanto miraculo  
nobilitatam, Religioni nostræ postea donauit **D. Maria Regis**  
**Emmanuelis filia**, singulare veluti pignus devotionis qua erga-  
Da P. Benedictum, & ipsius alumnos afficiebat, quos non nisi  
Monachos meos vocitare solebat.

¶ Tertiò in eadē Cistagana prouincia, Conimbricensi, Dicecesi **De Mon-**  
non longe à fluvio Monda versus Austrum ferè Monasterium **S. sterio Semis**  
**Mariae Semidenis** cernimus ad radicē montis, gelidis aquis irri- **densi.**

## Prologomena.

guam, & arboribus constitā. Illius conditores fuere D. Ioānes de Anbaya Episcopus Conimbricensis, & D. Martinus de Anbaya frater eius, anno 1118. (licet aliqui illud extruxisse assertant D. Beatrice cuiusdā Archiepiscopi Bracarense Ioannis nomine cō sanguineam.) Ex monumentis tamen illius constat, Monachos in eo habitasq; priūs, multa quippē priuilegia Ioanni Abbatii concessa ibi reperiuntur; cautumq; Monasterij fecit eidem Ioanni Abbatii, & Conueniū suo D. Alphonsus Henrīques 28. Aprilis anno 1162. Porrō à successorib; dos Anbayas pro filiabus suis, & alijs, illud in Monialū cœnobium conuersum est anno 1183. (vt ex Archivo constat.) Illarum vero, tūm antiqua, tūm recentiora sanctitatis exempla, ac testimonia plura referuntur: fortassisq; Sanctorum meritis qui ibi iacent, specialis prouidentia Dei paucis abhinc annis satis indicauit se illo loco colivelle, ac deuotionem sanctissimi Patriarchæ Benedicti frequentari.

Cum enim anno Domini millesimo sexcentesimo decimo D. Alphonsus ab Albi castro Episcopus Conimbricensis feliciter quidem recordationis, Monasterium beatæ Annae in suburbio Conimbrica à fundamentis erexisset: Montales quasdam S. Augustini, ac Semidenses cum redditibus suis sub eiusdem P. Augustini Regula coniugere decreuit. Quapropter diplomate Pontificio ad huiusmodi vocationem, & translationem impetrato, Semidenses tandem Montales in predictum Monasterium suburbanū adduxit. Porrō cum prouidentia, ac sapientia Omnipotentis Dei attingat à fine usque ad finem fortiter, & disponat omnia suaviter, ita res disposuit ut Moniales illas que libenti animo venerant, in ipso statim novi Monasterij ingressu dolere ceperint, quod veterem suum paradisum (ita Semidense consubium appellabant) reliquerint, ac deferuerint. Vnde gliscente reuersionis studio, atcessit tandem Episcopus, ipsiusq; apertulariter congregatis diploma Pontificium legere precepit, quo auditio omnes illes (paucis tantum exceptis) coram ipso procumbentes, totoq; corpore prostrate, elatis, ac repetitis vocibus hoc unum proferebant. Misericordia pro habitu Sancti Benedicti. Quis cum pius Antistes surgere precepisset, & sigillatum interrogasset, constanter responderunt se cum Benedictina cuculla, quam in professione induerant se peliri, ac funerari velle. Quibus ille tandem, & alijs commotus, eas ad antiquum suum Monasterium proprio suo decreto reuersionem illam approbante, remeare iussit.

Pot.

## Prologomena.

Postea reuersione illa per se ita singulariter austra est, & in dies augebat apud illes, ac vicinos populos Sanctissimi Patria <sup>cha</sup> Benedicti deuotio, qui aliquando (vt patet ex Gregorio Magno lib. 2. Dialogorū) Monachis qui penuria in aqua patiebantur, miraculo potius voluit subuenire, quā Monasteriu à se senec adificatū trasferre, ut iam inde discerent omnes quanta cū animi de-liberatione Monasteria antiqua mutanda sint, ac deserenda.

¶ Apud Soutre Monasterium quoque Benedictinum extitit, Bubulensi annexum (vt ex Archivo Sedis Conimbric. constat).

Monast. S.  
M. de Cti  
sa ab Al-  
phon. I fun-  
datur, Mo-  
nachos adil-  
lud ex Lur-  
bano addu-  
xit, à San-  
Brio I. Ci-  
sterciensibus  
tradidit.  
Chron. lib. 6.  
cap. 28.

¶ De Incremento Ordinis Monachorum nigrorum à Monda  
usque ad Durium,

P Reter Monasteria Lurbanī, & Bubulense, de quibus suprà plura alia à Monda fluuiō vique ad Durium sunt extructa quæ nigra esse desierunt, & maiori ex parte à dilectissimis fratribus nostris Cisterciensibus sub albo vellere possidentur.

¶ Primo enim Monasterium S. Maria de Maceyradão nō iō-  
ge ab utbe Visenio, pro Monachis nigris fuisse cōditum Chro-  
nica ipsa Cisterciensia farentur, Edificationem illius designante  
anno 1139. ex quo, & alijs quæ addūt sequuntur Nigros in eo 18.  
solūmodò annis habitasse. Sed dubiū certe, fuerit nē, rāstibito Cy-  
gnus, quod modū Corvus erat; præfertim, cū in manu scriptis fide  
dignis reperiatur Monasteriu illud cōstructū fuisse anno 887.

¶ Similiter, etiā secundò, Monasterium S. Christophori de  
Alafões Cisterciense nūc in Diocesi Viseni, Nigrorum fuit  
olim. Quod ne furem Autolycum imitari videamur, qui cons-  
ficere affuerat, furtum ingeniosus ad omne, Candida de nigris,  
de cāndentibus nigris duplice probatur testimonio. Vnum delumi-  
tur ex Catalogo Monasteriorum nostrorum, qui in Archivo S.  
Iohannis de Pendorada habetur. In eo enim Monasterium de Alafões  
inter alia Benedictina numeratur. Alterū colligitur ex do-  
natione quadā facta Monachis cœnobij S. Martini de Soalbaes  
à Sancto Ortiz fundatore ipsius, que ita habet, Do vobis villa  
mā Ortiz quā acceptā fratre meo Bento pro partita de Monaste-  
rio S. Christophori de Alafões Ordinis Nigrorum S. Benedicti  
facta cartha pridie Idus Maii era 943. quæ est Christi 905. Ex

12. Meta-  
morph,

## Prologomena.

quibus pater prædictū Monasterium Nigrorum fuisse prius, Ioan-  
nem a vero Ciritam, qui multis post annis Eremitorium ibi-  
Brittolib. 2. & Cisterciense quod nunc extat cœnobium ædificasse dici-  
cap. 2. & 5. tur, Reædificatorem fuisse credibile est.

¶ Tertiò quoque Monasterium S. Petri das Aguias iuxta fluviū  
**De Mona-** Tauora situm, Cisterciensium nunc temporis Nigrorū olim ex-  
ter S. Pe- titit Monachorum. Quod sufficien ti testimonio comprobatur  
tri das A- ex relatione, quæ in Ecclesia S. Mariæ Vimaranensis Nigrorum  
guias. olim Monasterio inuenitur. Refertur enim ibidem, quod Theo-  
don pronepos Regis Legionensis Ramiri II. Saracenos à fini-

D. Pe- bus urbis Lamacensis expellens ac propulsans, Monasterium  
bus Ra- tandē S. Petri ab Aquilis, ædificauit, Monachosq; nigros à pre-  
mires, & di cito Monasterio Vimaranensi S. Mariæ de Oliua accersuit qui  
D. Iohannes bus Monasteriū S. Petri à se cōstrūctū tradidit anno 991. Illis ve-  
Ramires, ro 150. annis ibidē cōmorātibus Cistercienses postea successere.  
Monaster. Sed o vtinā in cunctis alijs, quæ amissimus, aut reliquimus tales  
fundarunt haberemus successores; frater enim fratri suscitaret semē, bare  
ibi nūc est ditasque nostra versa non foret ad alienos domus nostra ad extra-  
neos.

**De Mona-** ¶ Quartò Monasterium de Arouca in Dicēesi Lamacensi, & in-  
ß. de Arou ter montana situm extructum fuit primò circa annū 915. b tunc  
ca. enim cum Rex Ordonius II. ab Ecclesijs Lamacensi, & Tudē-  
si alienata restituī præcepisset, Episcopus Lamacensis litem in-  
Morallib. 15. tendit Loderigo, ac Vandilo. Dominis vallis, quæ Valle de Mol-  
cap. 49. des dicitur, super proprietates quasdam Monasterij: composi-  
tionē autē facta, Monasteriū incēptū perficitur, patronatusque  
illius à successoribus Vandili, ac Loderigi venditus est nobili  
cuidam Equiti nomine Ansur, vbi nunc Burgo dicitur, habitati,  
qui ex alijs monasterijs Monachos cōvocauit, inter quos accef-  
sit eximia sanctitatis vir D. Herminigildus cui Ansur donatio-  
nē fecit prædicti Monasterij, aliarumq; pluriū Ecclesiarū. Exti-  
terunt in eo Monachi nigri vque ad annum 1090, vt patet ex  
controversia quadam inter illos, & illustrem quandam fœminā  
D. Godinam nomine, in qua controversia Iudices arbitri suere  
Dominus de Paço de Sousa, Abbas Monasterij S. Iohannis de  
Pendorada, & Abbas S. Andreae de Rendufe; qui vt controve-  
siam, ac litem componerent, sententiam in prædicto Monasterio  
S. Iohannis asservatam sub hac forma protulerunt.

Ann. 963.

A. 100

## Prologomina.

Anno millesimo nonagesimo primo. Nos. Egas Hermigis. Et D. Cirea ann.  
Petrus Abbas de Monasterio S. Ioannis de Pendorada. & D. Ioā nū 1224.  
nei. Abbas de Monasterio S. Andreæ de Redufe assistente D. Go- Regina  
dina cum filiabus suis. & D. Egas Odoris nepote suo pro bona pace Masalda  
inter vos D. Godinam. & Abbatem D. Gondisaluum. & Conuen. Monasterij  
sum de Monasterio de Arouca Ordinis S. P. N. Benedicti banc de Arouca  
facimus compositionem perpetuam duraturam quam quis vestrum. Abbatisa,  
nunc vel postea fregerit sit excommunicatus. & maledictus à Do- contractū  
mino. & à Sanctissimo P. N. Benedicto in hunc modum quod vos celebravit  
virifratres Religiosi. Abbas. & Conuentus de dicto Monasterio cīmoniali  
conceditis libere. & sine vila contradictione ab hac die in perpe- bus dimit-  
tum istum vestrum Monasterium de Arouca D. Godina ad in- tens illis  
gressum Religionis filiarum suarum. & propinquarum. & altariū redditus  
virginum. ut ibi monialēm vitā degentes. deinceps Deo. & Beatifi- mensa. Ab  
fimo. P. N. Benedicto inseruiant: vobis autem fratribus ipsa D.  
Godina cum filiabus suis. & nepote suo ab hac die libere. & in per- cucullam  
petuum concedit. & comutat pro vestro isto Monasterio de Arau- nigrām cū  
ca suum Monasterium de S. Martino de Cucujas. &c. Facta alba com-  
sharta 3. Kalendas Iuny era millesima nonagesima prima. mutarent.  
Ex quibus constat primò Monachos nigros Aroucā prius habi- a. B. 1. 1. 1. 1. 1. 1.  
tasse pluribus annis. nec inde eiecos fuisse propter irreligionem. Britto. lib. 6.  
viuedi modū a prout aliqui singūt. Secundò Moniales etiā nigras cap. 35.  
ibidē persuerasse ultra annos centum; cum enim D. Mafalda  
filia D. Sancti I. Portugallie. ab Henrico I. Castellae Rege ( cui  
impserat) propter consanguinitatis impedimentum dirimens.  
authoritate Apostolica Innocentij III. fuisse separata. in Portu-  
galliam reuertens. exemplo sororis suæ Therasiae in Urbano  
iam degentis. in Monasterium a Arouca monialium adhuc ni-  
grarum se se recepit; (quod illi cum monasterio simul de Tuijs  
frater suus Alfonso II. donauit). Circa annum vero 1224. con-  
tractum celebravit cum monialibus. dimitendi illis redditus  
mensa Abbatialis. si cucullam nigrām cum alba commutarent.  
egitque cum Episcopo Lameçensi D. Pelagio. vt iuris dictio nem  
Episcopalem. quam in monasterium habebat a se dimitteret. vt  
congregationi Cisterciensiposset vñiti: Quod tādem factum est.  
& ab Honorio III. confirmatum. Atque ita Arouca nostrū. quod  
300 annis nigruit. albescere cōxit. mox int̄. 1. 1. 1. 1. 1. 1.  
Quinto monastri S. Martini do Conte. vel (vt dicunt) de Cucujas  
situm.

# Prologomena.

Sicut in Diocesi Portuensi aucta fuit annis VII, & viam Regiam  
Consabatida fecit, volvoste aliqui conditum fuisse ab Episcopo.  
<sup>2</sup> D. Afonso ibidem (vel ferunt) sepulta. Alij a D. Egas Moniz  
Est ex Gal. pedagogo Regis Alfonsi I. Ex dictis tamen pater, quod ante  
Invenimus Regem Monis D. Godinimo aucterium ipsum Cucugense, tanquam  
Inclito Regis sumus posse credat, si illudque casm monasterio de Arvoca commu-  
D. Munio cauit. Quapropter et illa, vel antiquos aliquis illud extruxit  
Viegas gal. ante annum 1090. In religione storuit. Cratulli fecit. R. Rex  
canc. Alfonius. Et de ceteris nullos in honore sunt habiti. Abbas, &  
Era 1177. Conventus illius, praesettum a Joanne I. Successore postea Com-  
mendatarii, qui (deficiente paulatim Conventu cuius adhuc fie-  
mentio in letecentia quadam lata anno 1440.) liberius egerunt,  
et cum ea doceantur, ita ut in Ecclesiam quasi secularenymonastos  
etiam sacerdos redicatur. Ad Religionem taliter redire duabus licet  
partibus alienatis. ut mus enim possessor illius palliatam renun-  
tiationem fecerat monilibus S. Benedicti Portuensis de duabus  
partibus ipsius monasterij, super quo controversijs praecedenti-  
bus, cessit tandem Religio iuri suo compositione facti, & ex ter-  
ritorio S. Martini pallij parte, nobilissimi illi construit monasterium.

De Monasti-  
ri S. Petri de Pedroso in eadem Diocesi Portuensi  
duabus ab Vtbo Iurec iuxta viam predicam, extructum fuisse  
aliqui assertunt a D. Meninba Froiz, pronepti cuiusdam sororis  
Regis Alfonsi Casti, qua ibi sepulta iacet. Alij vero adificatum  
esse iugum in tribus aubricato quodabat S. Rodesindi, qui D. Godesindi  
ad dicibatur filius Heroyi Comitis de Lugo, prout videtur copia  
ligior scriptura donationis, seu testamenti illius, in eodem mo-  
nasterio seruata, facta s. Calendas Martij era 935. a cuius tenor  
est huiusmodi. Dubium quidem non est, sed plerisque manus cogni-  
tum quod lego Godesindo protes Eriz. So Adosinda accepit mulier  
in obvio nomine Ender quodabat Pallia. Unde hanc filios nominibus  
Suabius, Endebaldus, Adelisius, & Freitas. Et illa Freila: fuit eis  
affinitatem a tribus istra peccato, quia non est error integratio. sedere,  
Et quando vidimus te domini visere, que nobis dominus dedit in nostro  
peccato, quinque uimis nostris grauitate. Et nostras villas, Et ingenamus  
nostros seruos, ut dominus sedeat proprieitate nostris et fa-  
tum, Ministracione nostras palliam etiam apollique a rendentibus  
monast. S. Petri, adificatum utrigm. Duriorum et. Tamegam in villa  
Wade, monaste. S. Christophori, & monaste. S. Michaelis, edificata  
inter

Quae si Cae-  
saris est erit  
anni Christi  
807.

b Filia Duci-  
Menédo gu-  
tierre & affi-  
nitate coniu-  
cta cum Re-  
ge Ordonio  
II.

Mon. S. Petri  
S. Claris-  
phori. S. Mi-  
chaelis.

# Prologomina.

inter Durium & Bonga, locoq[ue]ns de e[st]e monasterio S. Petri Petrosi,  
inquit. Et post hoc solum dedimus ipsa Accisteria in manu de Ro-  
mino Desetego Abba ut contineat eas & sub manus de D[omi]n[u]m. Celi-  
vira Abbatis, &c. Adit illo super illam hunc Adofindum a testis  
se predicto monasterio S. Petri Petrosi, & n[on] ob oblatio de Eulalia  
lia villam Ayntes in ripa Durij, & quartam integrandu[m] de villa <sup>+</sup>  
Quiajus iuxta Mondam : & ipsum facere testamentum de mo-  
nasterio, Labra, quod est fundat[ur] ab antiquo in ripa maris, & Eccle-  
siam S. Martini de Vallengo, & plor. alias vilas, & Ecclesiastis. Tel-  
lantimus illas (inquit) ad ipsum locum S. Salvatoris, & S. Petri Pa-  
tro[rum] cum reliquijs martyrum, & lignum d[omi]ni Crucis que in ipso Mo-  
nasterio, Labra sunt recondita, & ad fratres, & sorores que ibi sunt ha-  
bitantes, velqua dominus ibidem super duxent, & in vita sancta per-  
severauerint, &c. iniquum tare

Men. R. S.  
Eulalia, &  
Monaster. da  
Labra.

Eavit colla  
tio 12. Pela  
gh. Abbatis  
facta era 1244  
ac proinde  
52. annis tan  
tum post Gō  
desindō. Ful  
cite (inquit)  
vos floribus  
respiciet et  
dum Deus &  
S. P. Benedi  
ctus super do  
mū istā, quæ  
ab initio an  
tiquis flo  
rens cum rō  
ta Ecclesia  
regni hu[er]s  
florere cepit.  
Expēde ver  
bum (quæ ab  
initio auti  
quitus. &c.)

De Monast.  
S. Mariæ de  
Ferreira.  
Ex lib. de Pe  
droso.

Ex his igitur potest colligi primò p[re]dictum Gondefindo mo-  
nasti de Pedroso adificasse, secundò, illud fuisse duplex, inxta ver-  
ba illa ad fratres & saniores quæ ibi sunt &c. Tertiò probabiliter  
potest e[ss]e h[ab]ere illud antiquis else Gondefindo: in hac enim scri-  
ptura non dicitur expresse quod illud Gondefindus adificaverit,  
sed explicatur solum quod illi in testam[en]to suo reliquerit. (Quid  
quid tamen de hoc?) singulariter eligi debet sive colligatur ex col-  
la tionibus Abbatum villius in hoc tractatu sepe adducatis, in qui-  
bus ipsorum zelus, fervor spiritus, & perfections studium miri-  
ficet elucet. Quales autem patres, tales & filii, quales parores ta-  
les & oues. Annis 6.30. Benedictum exicit, à Collégio Conim-  
brensi societatis Iesu nunc polsidetur in iis annis zingis. A 2010  
Septimo Monasterium S. Petri de Canezo in eodem territorio  
rio S. Maria exticata tunc à D[omi]n[u]o Guterrez anno 905. x Magna  
sancitate floruit 360 annis, donec etiam tempore Rex Alfonso VIII illud  
donauit Episcopo Portensi D[omi]n[u]o Giraldo sub obligatione unius  
Missa cantata de Domina nostra pro anima sua, & parem  
suorum. In Cómendam tandem Regale intransit anno 9010  
Non defuerunt denique inter Mondam, ac fluminum monachii  
migratum dñob[us]: Primò eniti in D[omi]n[u]o V[ir]gen non longe ab  
Virber monasterium est S. Maria de Ferreyra, quod Regis Alphón-  
si Henrici tempore, pro monachis migris suis extegit. Ex eis  
litera, a in quibus Episcopus Visensis D[omi]n[u]s Nicanor anno 1175,  
Lamacense item Episcopus, & Vigilancia regule patris suis sub-  
ditis

De Monast.  
S. Mariæ de  
Ferreira.  
a  
In Archivo  
monasterii.

## Prologomina.

ditis indulgentias concedunt, si fabricam monasterij quomodo-  
libet coadiuarent, attenta monachorum ædificantium necessi-  
tate. Habuit primò titulum *S. Eupemis*. Ad Moniales autem  
nigras, quæ ibi nonne existunt posca transiit. Intra Vrbē, Nigrarū  
altud cùm singulati obseruati paucis abhinc annis incœpit.

Monasterium *da spelunca* in Diœcesi Lamacensi quondam ex-  
ticit, quod à Monachis *S. Ioannis da pendorada* gubernabatur,  
*Monaster. da* Moniales sunt extant, Ecclesia vulgo dicta *da spelunca* eidem  
*Mojimeta*. Monasterio *S. Joannis* mansit vnicā. In eadem Diœcesi Monast.  
*S. Benedicti* *do Moymenta da beira* constructum est anno 1596.  
Ad Doctorem Ferreira Morgulbão, adductis ex monasterio Semini-  
densi tribus sonoribus, quæ prima ibi Religionis posuere funda-  
menta. Floret feliciter.

Monast. *de Villacou das Donas* nuncupatum *in territorio do*  
*Feira Portuensis* Diœcesis olim extitit, prò quo extant priuile-  
*De Monast.* *de Villacou das Donas* gia Alphonsi III. & Ioannis I. Ex eo, & alijs tribus, vel 4, (de  
quibus infra) insimul aggregatis confiatum, & erectum est à Re-  
ge Emmanuel celebre Nigrarum *S. Benedicti Portuensi*, dictum  
prius *da Ave Maria*. Habitari caput à die Epiphaniæ anni 1535.  
*De monast.* sub Abdatisa ex Arouca adducta.

*De propagatione Monachorum Nigrorum à Flumine,* biup  
*Durio usque ad Liniam.*  
*P*rovinciam Interamensem, quæ fluo Durio ab Austro, &  
Mino ab Aquilone clauditur, Portugallia paradisi esse  
probant, & soli vberitas, & cœli tēperies, nec non singularis illa  
totius Regionis amaranitas ex arborum multitudine, varietate,  
ac densitate consurgens, quæ viribus maritata, dupli fructu,  
geminatoque pondere curvantes, valles, montes, atque col-  
les ita venstant, & exornant, ut vniuersa illa progerminantis  
naturæ elegancia, artificiosa potius aula, quam nativa parturi-  
tio videatur. In hoc igitur paradiſo voluptatis posuit Deus  
protoparentem Benedictum, ut operaretur, & custodiret il-  
lum, tota enim sere Durimilia fuit olim, & magna adhuc ex  
parte est singularis dos Benedictina, etenim ex Monasterijs  
notis 130, quæ in Protaglia sunt extincta una sola Inter-  
amensis Regio angustijs fororum limitum, lato tamen charita-  
tis sinu, 90. complexa est in duplici tantum Diœcesi Portu-  
gallensi, scilicet ac Bracharensi Hispaniarum Primate quæ om-  
nia

## Prologomena.

na summatim recensere libet, ut nouerint omnes quas debeamus grates persoluere meritis Sanctissimi Patriarcharum, maiorum nostrorum sanctitati, atque conditorum deuotioni.

### §.

## De Monasterio S.Thyrsi.

**I**Ncipiente ergo à Monasterijs Diocesis Portucallensis insigni ne illud prius occurrit quod Sancti Thyrsi nuncupatur, & aripam fluminis Aue extructum cernitur.

De conditore illius communis est opinio à filio Ramiri secundi fuisse extructum. Celebre est enim apud Historicos præfatum Ramirum Legionensem Regem nauigando per ostium Durij fuisse ingressum, apulissequè ad Castellum, seu Castrum Gayæ, cui tunc temporis Sarracenus Alboazar Cadam dominabatur, atque inde rapuisse quandam ipsius sororem egregiæ formæ feminam, ex qua sacri Baptismatis fonte renata filium genuit nomine Alboazar Ramires. Hic coniugem accepit Dominam Helenam Godini, filiam Domini Godinho de Asturias, cùmque veterque Christiana Religione esset insignis, & in Dei cultura valde propensus, edificauit (inquit Comes Barcellensis) Monasterium Sancti Nicolai, quod hodiè Sancti Thyrsi nuncupatur, circa annum 965. multisq[ue] redditibus locupletarunt postea nepotes illius, ac præcipue D. Soeiro Mendes cognomento Bonus.

Porro altiora, antiquioraque huius Monasterij reperiuntur fundamina. In Archivio enim illius donatio quædam extat, facta anno 808. in qua subsignant Abbas Frater Vincentius Alpböfus; Prior Frater Vasco Ramires, & quatuor alij Monachi. Extat etiam alia donacionis charta, in qua subscribit Abbas ipsius Monasterij Ferdinandus era 901. Ex quibus constat prefatum Monasterium antiquius esse Alboazaro Ramires centum quinquaginta, & eo amplius annis, ut disurrenti, annosq[ue] compuntanti patebit, proindeque (vt aliqui coniiciunt) opus fuisse videtur S. Martini Dumiensis, aut Fruatuosi Bracharenis Archiepiscopi, postea verò à præfato Domino Alboazaro insigniter amplificatum.

## Prologomena.

Quidquid tamen sit de priore conditore illius; Monasterium ipsum, tum quoad spiritualia, tum quoad temporalia per illustre fuisse, fragmenta quae temporum iniuria non perierunt satis ostendunt.

Prioratum habet oppidum S. Ioannis Ostiensis, quod illi donauit D. Soeiro Mendes pro equabus decē, & quatuor equis, illudquē postea D. Mafalda in Arouca sepulta cautum fecit; Abbas illius semper magni est habitus, vnde Alphonsus secundus inter alios testamenti sui exequutores Abbatem etiam S. Thyrsi designauit, ipsique Monasterio quingentos marabitinos (quorum quilibet 8. teruncios continebat) reliquit. Illustrium personarum turba in eo sepulta iacet, atque inter illos D. Martinus Gilij Comes Barcellensis cum uxore sua D. Violante Sanchez qui multa apud Chão do Couze donarunt.

### §.

## De Monasterio Saluatoris de Paço de Sousa.

**M**onasterium Saluatoris de Paço de Sousa constrūcum est primō (vt ex Archiuo illius constat) à D. Troicosendo Guedes originem ducente ab inclito Duce D. Arnoldo, qui cum alijs illustribus viris ex Gallia in Portugalliam nauigauit, vt Lusitanos in Saracenis propulsandis coadiuaret, territoriumquē de Bajam hostes viriliter expugnans obtinuit. Temploque Monasterij anno 1088. consecratum est à D. Petro Archiepiscopo Bracharensi B. Geraldī prædecessore.

Licet autem Troicosendus plura tūc temporis Monasterio suo donauerit, plura quoque postea cōsanguineus suus D. Ægas Moniz Regis Alphonsi primi pädagogus addidit, cōnobiumq; ipsum impensius perfecit, vnde ædificator illius communiter censemur.

Copioso Monachorum numero, religione, & bonorum temporalium copia valde floruit. Monachorum multitudo aperte potest colligi ex libro veteri manuscripto, in quo cum alijs epistola legebatur D. Ioannis Abbatis qui cum sexdecim annis Monasterium gubernasset, & natione Gallus esset in patriam

## Prologomena.

reversas, Epistolam hanc ad Monachos transmisit. *Mominiſſe* (inquit) *vos debet, quod per sexdecim annos, de septuaginta, &* octoginta plus, *vel minus osibus neminem, fauente Deo, & San-* *ctissimo P. nostro Benedicto, perdidit, id est, nemo nouitorum ha-* *bitu dep̄fito ad seculum remeauit, &c.*

Religionis verò ac Monastica vitæ perfectionis, quæ in pra-  
diō Monasterio vigebat, testis est omni exceptione maior E-  
piscopus quidam Portucallensis, qui Monasterium visitans hæc  
in libro quoque vetusto vitulinae compagationis exarata re-  
liquit.

*Deo dicamus gratias quod si tempus defectuofsum est, nunquam*  
*defectus inueni multis abbinc annis in hoc Monasterio in tanta*  
*multitudine Monachorum senum, & adolescentum tam in virtu-*  
*te, & obseruantia vestra Regula, quam in ministerio Sacramen-*  
*torum, Officijs, ac laudibus diuinis, vestrum chororum intuideo ad meam*  
*Ecclesiam Cathedralem; utinam omnes qui in ea psallimus, & ser-  
uitum impendimus similes vobis fuissemus; Deus vos conseruet  
viri Dei, &c.*

Cuius etiam Portucallen sis cùm in ipsa vrbe vitæ cederet, in  
testamento suo, *P recipio* (inquit) *ut corpus meum ab hac Baby-*  
*lonia afferatur, transporteturque ad domum sanctam de Pago de*  
*Sousa, &c.*

Hanc denique sanctitatis opinionem hansebat inclitus ille  
D. Ægas Monifius, qui cum Alphonso Rege ad bellandum cum  
Sarracenis in sgo de Ourique pergeret, & in ipso itinere vitam  
finiret, ad prædicatum Monasterium corpus suum deferri iussit,  
in cuius mausoleo etate adhuc nostra memorandum illud, ac  
satis notum erga Legionensem Regem fidelitatis exemplum  
ipsa mormora recitant. Inteis enim non tantum viri solū,   
sed uxoris etiam, ac filiorum sculptilia colla cernes sparteis fu-  
nibus circumligata, quibus pro data fide, pro veritate, nec  
non pro R ege suo, Lusitanoquè regno ostentare ingulum non  
est veritus.

Porrò bonorum temporalium copiam satis adhuc indicat sa-  
cri templi maiestas, & amplitudo, in cuius altari primatæ Salua-  
toris, ac duodecim Apostolorum effigies modo ligneæ, argenteæ  
(et h. ma. est) olim fuere, ostendunt etiam alia complura, quorum  
principiam partem, atque medullam Eborense Societatis Colle-

## Prologomena.

gium edit, integrumque cœnobium potentia, & fauore Cardina-  
lis D. Henrici absorbēret, nisi lacrymæ Monachorum eius, vo-  
ces, & querelæ sapè sapius apud Regem effusæ, semelquæ & ite-  
rū apud Summum Pontificem per ipsos personaliter coram  
eo comparentes, rei veritate narrata, ac melius inspecta, ipsum  
Regem, & Pontificem tandem cogerent ut mensa saltem Con-  
uentualis cum monasterij cortice eis restitueretur: ne Saron fies-  
ret sicut desertum, & celebre cœnobium sicut tugurium in cu-  
cumerario.

Non longè à prædicto monasterio Saluatoris de Paço de Sou-  
fa monasterium aliud de Cete nuncupatum ante annum Domini  
1092. constructum est, quod ad Eremitas S. Augustini transiit.  
Benedictinum autem fuisse Monachi ætate adhuc nostra in eo  
superstites probant, & antiqua libri Monasterij de Paço, anno-  
tatio, quæ sic habet: Anno Domini 1092. Frater noster Placidus  
de S. Benedicto, fuit electus ex nostris, in Præpositum nostri Con-  
ventus eiusdem Monasterij.

\* de Cete  
per Abba-  
te, & Mo-  
nachos\*

### §.

## De Monasterio S. Ioannis de Suspensis, vulgò Pendorada.

**M**onasterium S. Ioannis Baptiste cognomento de Pendo-  
rada supra Durium ab urbe Portucallensi leuis 7. vel 8.  
distans situm est, atque miraculose constructum in latere montis  
qui Arados vulgò dicitur, & à ripa Durij in sublime se extollit,  
in cuius cacumine nobile quondam municipium extitisse tra-  
ditio est à Sarracenis occupatum, & à Christianis expugnatum  
viriliter tanta hostium strage, ut vicinus ager sanguinibedo adhuc  
nuncupetur propter nimiam sanguinis copiam ex prædicta ex-  
pugnatione ibidem effusi.

Tempore igitur Ferdinandi Regis, & coniugis sua Sanctæ  
Reginæ anno 1024. præsbyter quidam seruus Dei nomine Vel-  
linus in Ecclesia S. Sabinæ ad radicem prædicti montis habitans  
rèr in somnis per visionem nocturnam admonitus est, ut esset  
seruus Sancti Ioannis, & in honorem illius Ecclesiam construe-  
rec

## *Prologomena.*

ret propè fontem aquæ in præfati montis latere quod Eutrium respicit; cùmque Vellinus prædictam visionem cum vicino, & amico suo Argirio communicaret, ab eo accepit luminaria sæpè noctu loco illo apparere, vel in præfagium forsitan sanctitatis ibidem futurae, vel ut aliquas reliquias sacras à Christianis ibi absconditas indicarent.

In eo igitur loco qui vrsorum tantum ante<sup>s</sup>, aliasrumque bruta-  
tarum animantium cubile erat (spinis quippe, ac filuis, arboru<sup>m</sup>,  
silvestrium densitate totum illud montis latus rep'ebatur) Ec-  
clesiani sanctissimo Präcursori dicatum construxit Vellinus,  
Monachosquē accersens breui sub Exameno Abbatē seratum  
ante<sup>s</sup> habitaculum, Angelorum factum est domicilium. Cxpit  
etiam gloriosus Präcursor Domini miraculis clarescere, quorū  
fama commotus vir quidam nobilitate conspicuus natione Gal-  
lus, Manius Venegas nomine, qui apud Sarracenos captiuus te-  
nebatur, votum vovit se Monasterium S. Ioannis de Suspensis  
aditurum si meritis, ac precibus illius a seruitute liberaretur; li-  
bertate donatus, promissio stetit, gloriosum Präcursorē inui-  
nit, Monasterium auxit, & illustris redditibus adificijs, donis, mu-  
neribus, atque redditibus. Imago Präcursoris tota ex argento  
confata ad tempora usque Regis Emmanuelis in templo illius  
constitit, pro qua uestes aliquæ sacræ, & calices postea sunt resti-  
tuta.

Caterum inter alia hoc vnum ab exordio Monasterij, cunctis  
diuitijs anteponendum perseverat, insigne scilicet sacri Baptista  
pignus, integer illius dgitus manus sinistra index in quo sacra  
Præcursoris caro, & vnguis incurrupta eeritatur, multisque mi-  
raculis apud vicinos populos nobilitatur. Par autem est credere  
lumina illa ardentia, que ab Argirio illic noctu conspicieban-  
tur, sacrum istud pignus à Catholicis ibi absconditum indicasse,  
decebat enim ut lucerna lucens, & ardens non sub modio, seu  
humi defossa iaceret, sed inter candelabra in aris sacris colere-  
tur caelesti lucernarum indicio rete &c.

**f** Ultra Durium extitit etiam Cœnobium Monachum S. Marie de Tarouqueta à Monasterio S. Ioannis de Suspensis per leucadimidium distans, à Regibus Portugalliaæ magno semper habitu, multisq; priuilegijs munitione, translate & et ò sunt huius Monasterij Moniales in Monasterium S. Benedicti Portucallensis.

## Prologomena.

**I**uxta Duriam etiam extitit Monasterium Monialium de Valboado Dauro extructum à Domina Sancta de Castro, quæ a cù Petras tit. iij fratrem suum D. Martinum Ferdinandū de Castro veneno occidisset, ut cù Alphonso VIII. liberè tempore habere, prout éta tandem ducta predictum Monasterium condidit, ut Monialium precibus veniam à Deo impetraret. Annexum est autem (ut suprâ) Portucallensi, sicut etiam vnitum est Monasterium S. Christophori de Rio tinto à D. Didaco Trujindos, & à filijs suis anno Domini 1062. nondonge ab urbe Portucallensi extructum: & Monasterium S. Salvatoris de Tuias, iuxta oppidum de Lanzuez à D. Vrraca Viegas filia incliti Ægas Moniz circa annum Domini 1160. adificatum.

**T** In eadem denique Diœcesi Monialium extitit cœnobium S. Marinæ, & cœnobium S. Eulaliz. Extit adhuc celebre illud de Vairão vancupitatium iuxta postem fluminis Aue à D. Eruira filia D. Soeiro Guedes, vxorequè D. Nunij Soares pro Monialibus Benedictinis olim conditum, summaq[ue] haec tenus religione conseruatum.

**T** Periit omnino Monasterium S. Martini de Soalbae Monasterium duplex Monachorum scilicet, ac Monialium à D. Sandio Ortiz extructum anno 903.

## De Monasterio S. Michaelis de Bostello.

**T** Empore Regis Ferdinandi magni nostri primi Alphonsi atavi inter alios Lusitanix proceres floruit magnus ille D. Nunius Paës prima (ut aliqui volunt) Sousarum radix, qui plures in regione Interamnensi possessiones obtinuit, easque inter duos filios diuisit. Porro cum in oppido Arrifana de Sousa habitaret, eique dominaretur, tractum Bostellensem Arrifanæ proximum primogenito filio donauit, qui ibidem monasterium S. Michaelis de Bostello in editiori loco, ex quo fluminis, & agrorum circumiacentium amanitas conspicitur, in familie suo monumentum, anno Domini 1039. constituit. Multis in eo Regularis obseruantia viguit, ac etiam aunc temporis in dies efflorescit.

# Prologomena.

§.

## De Monasterio S. Mariae de Pombeiro.

**P**restinximus Cœnobia Benedictina in Episcopatu<sup>m</sup> Portu<sup>m</sup> callensi constructa, ad Bracharensem Diœcensem p̄ergamus. Filius natu minor prædicti D. Nunij plura ab eo accepit iuxta fluuum de Vizela, & inter alia Villam quandā, quæ Villa, seu Grangia de Pombeiro dicebatur. Hic Monasterium Sanctæ Mariae de Palumbario condidit redditibus insigne Monachorū numero, ac Religione celeberrimum anno Domini 1041. I ceg ex lapide Monasterij clauſtro inuenio conſtet eodem loco Mo- naſterium aliquod prius extitisse, era ſcilicet 901. & in planicie quadam, quæ Veiga do Sobrado dicitur, Monasterium ſuiffe antiquius ex diplomate Leonis IIII. in Archivo adhuc aſſer- uato ſatis patet, & ex lapidibus, quos ibi terram aratro proſci- dentes reperiunt. Hoc tamen posterius à filio D. Nunij conſtru- etum maiorem cuiusque prioris memoriā deleuit. Ea enim maiestate inc̄pit, breuique ita excreuit, ut non genti Monachi in eo aliquando habauerint, & laus perennis viguerit. Quod suadet primò Epifola quadam Abbatis ad Archiepiscopum Bracharensem tempore peſtis transmiffa, in qua dicitur Bene- dictus Deus: Ex cunctis, quos mecum habebam Monachos, plus res peſtis abstulit, plures etiam eam fugientes à Monasterio re- effeſſerunt, ita ut octoginta tantum in eo permanferint, &c. Suadet id secundò vetus rituale eiusdem Monasterij liber vſuum nuncupatum, in quo Cellerario præcipitur, ut Feria quinta in Cœna Domini tot pauperes ad lotionem pedū congreget quoniam fuerint Monachi; deinde vero additur. Quod si forte tot inueniri nequeant, curet ſaltem quod centum, ac viginti minimè defi- ciant.

Accedit reddituum copia ex 37. Ecclesijs Monasterio annexis (quarum plures temporum iniuria ſunt alienata), & ex alijs pre- dijs, ac poſſeſſionibus non paucis, quas fidelium deuotio liben- ter donabat cœnobia communiter vocitato (Aula Dei) Co- lumbarium Spiritus Sancti. &c.

Vetera & diſcia cuncta ferē abieront præter templum, quod Cathedralis Sedis Ecclesiam præfecit. Cuinque olin porticos nobili-

## Prologomena.

nobilitatis Lusitanæ stemmata lapidibus insculpta continebat.  
Vnde cum aliqua de hac re controversia oriebatur, ad perticulum  
Ecclesie Palumbarij tanquam ad ludicem controvarentes ac-  
cedebant; nunc verò turribus fastigiatis aditum ipsius Templi  
exornatum cernimus, ceteraque ita magnificè construuntur, ut  
Templi magnitudini aptè corresponteant. Vita S. Gonçali de  
Amarante Martyrologio appensa in Capitulo habebatur per-  
gameno exarata; tempore autem D. Antonij de Mello anno D.  
1558. Commendatarij Frater quidam Dominicanus familiæ Iu-  
lianæ nomine eam clanculum abstulit, querimonijque oblatis  
pro parte Abbatis, ac Monasterij coram D. Chaterina Regina,  
eam nunquam restituit; imaginem tamen eiusdem sancti viri  
sub habitu Benedictino in eodem Capitulo depictam surripere  
non potuit.

### §.

## De Monasterio Saluatoris de Tra-

uanqua.

**M**Agnes ille D. Munius Viegas (de quo suprà in Monaste-  
rio S. Ioannis de Suspensis dictum est) duos genuit filios.  
D. Egas Munis Gasção, & D. Garcia Muniz, qui Saracenos à  
ripis Durij propulsantes omnium illarum vicinarum partium  
dominium adepti sunt. Cum verò iam D. Garcia domum sibi  
vellet ædificare, Pater illi inter alia grangiam de Trauanqua  
donauit, in qua ipse Monasterium construxit(ut patet ex Archi-  
uo S. Ioannis in quo huiusmodi scriptura continetur).

Vobis filio meo Domno Garciae Muniz licitum sit ab hac die  
in perpetuum sine partitione cum fratre vestro D. Egas Muniz  
Gascone habere, & possidere meam villam de Trauanqua cum ter-  
ris ad se pertinentibus, ut ibi edificetis Monasterium ad vestrum  
Patrosum, &c. Facta (harta 16. Augusti, Anno Domini  
1046.

Monasterium igitur tempore illo conditum Religione diu  
floruit, & florens adhuc mediocri redditum copia perseve-  
rat.

§. De

# Prologomena.

§.

## De Monasterio S. Ioannis de Arnoya.

**E**X prædicto D. Garcia Muniz filius prodijt Muius Muniz nomine, qui iuxta Castrum de Cerolico de Bafto Autor esse creditur Monasterij S. Ioannis de Arnoya, ut antiqua sepulchri inscriptio in latere Claustris sub arcu innenta indicat, quæ sic habet. *Vita functus D. Munius Muniz, sic iacet in suo assisterio (id est Monasterio) Era 1072.* Situs illius contemplationem maximè inuitat, antiquique Monachi solitudinem illam incolentes adeò contemplationi fuere dediti, ut communiter viri Angelici dicerentur.

*Angelicam certè puritatem redolebat aliquando Sacrista, qui cum ad Matutinas preces quadam nocte surgeret, eborum ingressus aduertit ignem ligni pensilis coram Sanctissimo Christi Corpore ardere solitum, esse extinctum, & festinus ad Sacristiam occurrens Ecclesiam ingrediens Altare maius suspicit, videtque sacram Praecursoris Imaginem candelam accensam dextratenere, ut cum illuminaret, quem digito indicarat, supplex ille primum adorat, reuerenter deinde, ac cum tremore igne cœlesti lampadem accendit, qua accensa, sacer ignis ille desit esse. Ex quo fatis constat Angelica vita puritas, singularisque morum integritas Monachorum illuc degentium, miraculis siquidem fortuiti etiam defensus supplebantur.*

§.

## De Monasterio S. Michaelis de Refoyos.

**M**onasterium S. Michaelis de Refugio in territorio Basten si extructum ea nobilitatur antiquitate, ut prima eius initia difficile retegantur. Primum enim quod inuenitur antiquitatem eius indicans lapis est cum huiusmodi literis Goticè exaratis. *Dominus Gomes Soeiro era 798.* & in sepulchro quodam

## Prologomena.

veteri hæc legebatur inscriptio. *Hic iacet Fr. Pelagius Socirus Prior, era 739.* Ex quibus potest colligi Monasterium Refugiense vel à prædicto D. Gomez Sociro fuisse extructum, vel ab alio qui illum præcesserit. Constat saltem anno 853. Fr. Gomez Alphonsi Abbatem esse huius Cœnobij ex sententia, quam ipse protulit contra Fratrem Hugonem Ortiz Abbatem Monasterij de Sobrado, ex commissione Summi Pontificis Leonis Quarti.

Et in veteri quadam charta pergamenæ, quæ fugientes habet literas, hæc tantum verba leguntur, *Post obitum tuum relinques ea ad Sancti Michaelis Refugiensis, & paulò infra, Fratres nostri Refugientes orient pro nobis, sicut de antiquo alijs Fratres in illo loco fecerunt; facta charta Era 863.* Expende verbum illud ab antiquo: illud enim satis indicat Monasterium octogentesimo saltem anno esse antiquius, credibile que sit in generali Hispaniarum euersione illud minimè fuisse destructum.

Archiuum illius semel, & iterum igne perirrit, ex paucis tamen quæ flamma non attigit, longa Abbatum series iuxta sanctam Regulam electorum colligitur. *Dominus Benedictus Mendez Primus* inter illos inuenitur anno 1097. Abbatalem dignitatem reliquise dicitur, quia Episcopus fuit electus, Episcopatus tamen nomen tacetur.

Anno 1178. electus fuit Abbas *D. Martinus* Archiepiscopus Bracharensis postea creatus. In Archiuo etiam S. Ioannis de Arnoya memorie traditum inuenitur Dominum Ferdinandum Abbatem S. Michaelis Refugiensis Praesulem Bracharensem fuisse electum.

Ex quibus tandem Monasterij antiquitas, & amplitudo, Abbatum auctoritas, Monachorum numerus, illorum sanctitas, ac Religio, rerumque temporalium copia aperte satis colligitur. Anno tandem 1536. Dominum Eduardum Ioannis Tertij Regis filium Commendatarium Abbatem agnouit Monasterium, cui paucis post annis successit Fr. Didacus a Murcia Hieronymiana familia alumnus, ac ipsius Eduardi pedagogus. Hic tripartita redditum divisione nostrum Collegium Coimbricense primò instituit, secundò Collegium S. Hieronymi, tertio partem quoque ipsi Refugienti Cœnobio reliquit, quod reliquijs suis duplex dedit aut Collegium.

Tria

## Prologomena.

Tria olim non longè à Monasterio Refugensi extitere Cœnobia Monialium , primum *S. Ioannis de Vieira*, secundum *S. Senorinae*, tertium *S. Columbae*, omnia tamen humanarum rerum vicissitudo extinxit.

§.

## De Monasterio Vimaranensi.

**M**Onasterium *Sanctæ Marie de Oliveira* ad radices mon-tis Latito, vulgò nunc *Sanctæ Catherinæ* nuncupati per illustris quædam fœmina Ramiri Tertij Regis consanguinea in prædio quodam Guimaræcs appellato Monasterium duplex Monachorum scilicet, ac Monialium Era 959. extruxit, multisq; redditibus ditauit.

Monachos qui ibidem sanctam Regulam obseruarent adducit primò ex Monasterio de *Tolloens* à Domino Roderico Frosas anno 887. condito, in Ecclesiam nunc parochialem redacto, qui in nouo domicilio sanctissimè vna cum Monialibus diù vi-xere. Vnde Ramirus Rex, Ordonius Tertius, & alij Reges spe-cialibus beneficijs illud insigne reddiderunt. Constat enim ex monumentis tempore D. Fernandi magni anno Domini 1059. confectis, & in Archivo Vimaranensi seruatis nullam ferè fuisse parochiam, nullamque valem, à nobili municipio *Ponte Vedra* in Galezia nuncupato ad flumen usque Vaccam, *Bouga* vulgò dictum 40. fermè leucis à prædicto monicipio distans, quæ Mo-nasterio *S. Marie de Oliua* aliquid pensionis non solueret.

Porrò cum Comes D. Henricus Alphonsi primi pater curia-sus sedem in oppido Vimaranensi figeret, Monasterij bona pau-latim alienari cuperunt, seculariumque usibus applicari. Vnde tandem Monachis, ac Monialibus extinctis, insigne cœnobium in Ecclesiam Collegiatam transiit, quam Ioannes Primus par-ta victoria d'Aljubarota, dum pedestris ab urbe Portucallensi Deiperam de Oliua inuiseret, reædificari præcepit, Canonicos, ac Dignitates aliquas sub Domno Priore in ea instituens.

## Prologomena.

§.

### De Monasterio de Fontarcada.

**M**Onasterium *Saluatoris de Fontacarda* duabus leucis cum dimidia à Brachara Orientem versus distans, in ameno loco iuxta viam Regiam, conditum est circa annum Domini 1067. à Domino Godinho Fafez de Lanhoso: qui Rege Dominico Garcia aduersus Fratrem Sanctum Castellæ Regem apud Agua de Mayas propè Conimbricam præliante, ibidem vita functus est.

Diù perstigit sub Regulari obseruantia, quousque tandem anno Domini 1463. D. Ferdinandus Archiepiscopus Bracharensis in Archidiaconatum illud commutauit; Iure ne, an iniuria Deus videat, ac iudicet.

§.

### De Monasterio de Sande, S. alijs.

**M**Onasterium *S. Martini de Sande* à Diuo Fructuoso Bracharensi Archipræfule, vel ab alio antiquiori in fertili, & amena valle propè viam, quæ à Brachara in Vimaranense municipium dicit, constructum fuisse creditur.

Antiqua enim eiusdem Divi Fructuosi donatio facta era 667. in libro quodam veteri Visitationum sub his verbis exarata continetur.

*Vobis Fratribus nostris de Monasterio S. Martini de Sande concedimus redditus de Lufisino in elemosinas, & sustentatione Hospitalum, & Perigrinorum, &c.*

Constituit Monasterium hoc cum Abbatte, & Conuentu ad annum usque 1444. in quo præfatus Archiepiscopus Ferdinandus in secularem Ecclesiam illud reduxit, confirmato in Abbatem famulo suo in minoribus constituto. Atque ita tandem quod S. Præfulis Fructuosi zelus condidit, Ferdinandi zelus defractus. Sed & Præfus, & Præfus.

Monaste-

## Prologomena.

Monasterium quoque *S. Mariæ de Dauſe* prope fluvium  
Cadaum à D. Nuno Odoriz anno 1078. conditum, ad annum  
vsque 1452. Monachos habuit, prædictus tamen Archiepil-  
copus Ferdinandus illud in Ecclesiam præsentationis sua com-  
mutauit; atque tandem regnante Rege Emmanuele, in Comi-  
mendam transiit, sicut etiam Monasterium *S. Petri de Lomar*  
per dimidium ferè leuca à Brachara distans. Monasterium *S.*  
*Ioannis de Coicieiro* apud Regalados, & Monasterium *S. Petri*  
*de Rates*, prope municipium Comitis; Monasterium *Sanctæ Ma-*  
*rie de Vimieiro* vnius leuca spatio à Brachara distans, anno 670.  
constructum inuenitur, Cluniacensi postea à D. Tharasia  
Regis Alphonsi matre donatum: & nostro Tibanensi aliquan-  
do postmodum vnitum: nunc verò Bracharensi Societatis Col-  
legio ab Archiepiscopo D. Fr. Bartholomæo à Martyribus an-  
nexum cernimus.

Monasterium etiam *Saluatoris de Arnoſo* propè Bracharam  
anno 674. conditum esse constat, vnitum postea fruſe dicitur à  
D. Georgio à Costa Archiepiscopo Bracharensi Monasterio no-  
stro de Pombeyro in gratiam Pauperum, ac Perigrinorum anno  
1495. Sed quod pietas, seu restitutionis desiderium valuit,  
temporum malitia alienauit.

### §.

## De Monasterio Dumienſi, & alijs.

**M**onasterium *Sancti Martini Domiensis* per milliare ferè  
à Brachara distans, inter Monasteria Benedicīna apud  
Lusitanos condita quartum antiquitatis locum obtinet, à Mar-  
tino Bracharensi Præsule anno 562. constructum, ea Religione  
floruit, vt communi tune temporis hoc esset proloquium.

Brachara unum tantum habet Martinum Dumiensem, Mo-  
nasterium verò de Dume plures habet Martinos Bracharenses,  
quo planè eam Monachorum Dumienium sanctitatem esse in-  
dicabatur, vt singuli singularem sui Pastoris Martini sanctimo-  
niam referre videantur.

Monasterium sicut Episcopale, vt ex Concilijs Toletanis con-  
stat,

## *Prologomena.*

Stat, in quibus plures sub hic forma subscriptiones cernimus.  
*N. Episcopus Monasterij Dumiensis.* Postea verò tempore D<sup>r</sup>. Geraldus Episcopatus hic Bracharensi fuit unitus.

¶ Monasterium Sancti Antonini de Moure, quintum inter Benedictina, in latere montis Brito, iuxta castrum de Barbudo, è regione Brachare ad Aquilonem, insigne quoque B. Martinus extruxit anno 565. (vt patet ex donatione quadam cuiusdam Presbyteri Vasco Mendes nomine in Monasterio Tibaneusi inuenta) sanctitate maximè floruit, laudeque perenni nocturno tempore. Vnde illius Monachi obseruantia Dumensis heredes communiter vocabantur, Monasterium S. Victoris in sububio Bracharensi Prioratum veluti habuit annexum, vt ex praedicta donatione constat, quæ sic habet.

*Vobis viris Dei de Monasterio de Moure damus Villam nostrā cum omnibus ad se pertinentibus, cum Ecclesia S. Victoris pro animabus nostris, & amore Dei, ut ibi faciat templum sanctum Domini vobis habitandum 10. Nouembriss, anno 565.*

Post euerctionem verò Hispaniz, vt ex Archiuo Bracharensi constat, Sacerdos quidam Nunus Forjas nomine anno 1031, multis possessionibus donatis, aut restitutis Monasterium ipsum de Moure reædificauit, quod annis 65. sub quinque Abbatibus Soeiro, nempè, Maurelio, Rando, Petro, & Soeiro altero constitit, quoisque tandem quidam Patronus illius Nunus Soares nomine illud donauit B. Geraldo Archiepiscopo Bracharensi 24. Aprilis anno 1096. quod etiam aliquot post annis Comes D. Henricus iterato donauit; cautumque fecit D. Alphonsus Henrici; atque ex illa donatione facta B. Geraldo oratum est, vt Archiepiscopus Bracharensis eo ipso Abbas S. Victoris sit, ac nominetur.

Monasterium de Seruaës, da Lagea; de Figueiredo, Sancti Michaelis de Gualtar, & alia in Ecclesiæ sœculares redacta incircitu Brachare constituta, omittimus.

## *De Monasterio S. Martini Tibianensi.*

## Prologmēna.

**I**ntr tot Monasteriorum funera nostrum insigne *S. Martini de Tibāēs* totius nostræ Congregationis caput adhuc perennat. Tribus ferè milliaribus Occidentem versus à Brachara distat, ad radices montis *S. Genesij* in loco amano, & fontibus irriguo situm Latissima ab illo vallis, seu planities extenditur, quam Cadauus fluvius intersecat, & variegata arborum amoenitas vestit, & exornat, ita ut intuentium oculos, animumque mirificè recreet, & oblectet.

Conditoris illius constituit Comes Barcellensis *D. Pelagiū Guterrez da Sylua Portugallia* gubernatorem tempore Alphōsi I. Castellæ, ac Legionis Regis. Sed altiora sunt nostri Cenobij fundamenta, ut aperte liquet. Primò ex Bernardo Episcopo Conimbricensi, qui in vita *S. Geraldī* inquit eum fuisse sepultum in sepulchro marmoreo, quod in *Tibianense Monasterio* à longis retro temporibus in magna reverentia seruabatur, &c. Ab initio autem gubernationis *Pellagij* usque ad obitum *S. Geraldī*, anni tantum 29. sunt elapsi (ut computanti patebit) de quo breui temporis spatio dici nequit, à longis retrò temporibus, &c.

Accedit secundò, quod in Archivio Ecclesiae Tudensis donatio quadam reperitur, in qua Infans *D. Vrraca* filia Ferdinandi Magni anno 1061. aliqua Monasteria Portugallia Georgio Episcopo Tudensi donat, & inter alia, *Medietatem* (inquit) *Monasterij Tibianensis*, quod est in litore de Cadauo territorio Brabantensi, quod Monasterium donauit mibi *Domina Vellasquida*, &c. Pellagus autem Portugalliam incœpit regere anno 1080. Proindeque post prædictam donationem, ex quo aperte colligitur Monasterium Tibianense Pellagio fuisse antiquius.

Cum autem Monachi Tibianenses de donatione illa *D. Vellasquida* apud illam conquererentur, Rodufus ipsius nomine Monachis in hunc modum rescripsit. *Visa fuit mibi charta vestra*, & ostendi *D. Vellasquide*, que misit me facere vobis certiores de sua bona voluntate cum vobis, & dixit mibi scribere vobis, quod Regij sanguinis Benedicti filijs de Tibāēs, de Villar, de Vargea, de Manbete fas erat Patronos Regios habere, pro quibus eritis melius defensi, & habebitis magis bona, quia *D. Vrraca* filia Regis est; commendatis eas Deo, & Sancto Beneditto, &c.

Colligi-

## Prologomena.

Colligimus ergo Pelagium reædificatorem esse Tibianensem post visitationem Hispanie, Monasterium vero primitus suum a S. Martino constructum tempore Regis Sueorum Theodormiri circa annum Domini 567. Primo, quia in claustro veteri eiusdem Monasterij, ex quo sepulchrum B. Geraldi ablatum est, lapis videbatur cum Era Cæsaris 600, que coincidit cum anno praedicto Christi Domini. Secundo, id aperte ex epistola quadam Fratris Drumarij ad Fr. Fontanum, qui in libro veteri Monasterij de Pedroso continetur, loquensque de B. Martino Dumensi sicut habet:

De fructu ventris sui (id est) Martini posuerunt Deus, & S.P.noster Benedictus supra sedes suas, Monasterium scilicet Dumense, Antonium, Victorium, Tibianense, Villare, Vargense, Magnetense, Turriz, Claudinum, Cabanense, Azerense, de quibus sicut de Petri rebus fas est dicere, & rumpitur rete pro multitudine piscium, &c. Exarata autem est epistola hæc 7. Octobris, anno Domini 571. Ex quibus præter Monachorum multitudinem, Tibianensis antiquitas patet, illudque septimum locum inter antiqua nostra Cenobia habuisse colligitur.

Porrò non antiquitate tantum gloriatur, sed Monachorum maximè sanctitate, quæ in eo ita viguit, ut Sanctorum potius sepulchrum, quam Monachorum habitaculum esse credatur; Vnde in calamitosis etiam Claustræ temporibus Monasticæ obseruantur, ac Religionis odorem (Reformatore teste) seruavit, illiusque Monachi obuijs vlnis reformationem sunt ampliati, proindeque ex utroque capite nostræ Congregationis capitatis primatum merito obtinuit.

Constat etiam ex prediçis Monasterium Saluatoris de Villar, & Sancti Benedicti de Vargedæ, atque Sancti Martini de Munbete, quæ à Tibianensi parum distant, Benedictina olim suisse, donata tamen sunt à Ferdinando Archiepiscopo

Canonicis Congregationis Sancti Ioannis  
Euangelista.



## Prologomena.

### De Monasterio Sancti Andreae de Rendufe.

**D**Vabus leucis à Monasterio Tibianensi inter dno flumina Homem, & Cadauo in loco aliquantulum profundo, arborum tamen amanitate circumuersito, situm est Monasterium *S. Andree de Rendufe*; Prima illius fundamenta iecit D. Ægas Paes, qui dominium habebat de Penagare, cum vero propter publicum concubinatum à B. Geraldo fuisse excommunicatus, & ab Ecclesia die quodam solemni apud Vimaranum expulsus, ipso Sancto Archiepiscopo celebrante, & imperante, Ægas ille ad se reuersus ex præcepto, & consilio Sancti Archiepiscopi Monasterium Rendufense, quod anteā inchoauerat, curiosius in satisfactionem prateriti status anno 1107. omnino perfecit; constat autem ex supradictis circa Monasterium de Arousa, in Monasterio Rendufensi Monachos iam, & Abbatem habitaesse anno 1090.

Religione maximè floruit, multisque redditibus, ac Regijs beneficijs gaudet. Quatuor habuit cauta, duo nunc possidet.

Caterum in Archiuo huius Monasterij scriptura duplex reperitur, ex quibus aperte videtur colligi Monasterium *Sancte Marie de Bouro*, natic Cisterciense, Nigrorum olim fuisse; Prima est transcriptum quoddam ex monumentis Ecclesiasticis Ecclesia Bracharensis, quod sic habet.

*A Monasterio Rendufe soluitur Ecclesia Bracharensi ab anno M.C.VIII. A Monasterio de Adalfe soluitur Ecclesia Bracharensi ab anno M.LXXVII. A Sancta Maria de Bouro olim Abbatia in montanis soluitur Ecclesia Bracharensi ab Anno DCCCLXXXIII. &c.*

Ecce Monasterium de Bouro constructum, & pensionem soluens ab anno 883. Quod autem Monachi nigri in eo primum habitauerint ex altera scriptura eiusdem Archivi Monasterij Rendufensis constat, in qua dicitur, quod cum prædictus Ægas Paes anno 1083, Monasterium in eo cerneret statu, ut à Mon-

## Prologomena.

\* habitari possit, ip-  
\* os \* chis, qui illud incolerent, petijt ab Abbatie Monasterij *de Adaū-  
se*, & ab Abbatie *de Abbadiis in Montanis*, obligans se ad Mo-  
nasterium perficiendum, & ad alimenta sufficienter præbenda;  
additur verò quod quinque Monachi venerunt ex Monasterio  
*de Adaūse*, tres verò ex Monasterio de Montanis, quibus Ren-  
dufensis conuentus incœpit. Ex his ergo colligitur Monasteriu  
*de Bouro nigrorum prius fuisse.*

### §.

## *De Monasterio Sancte Marie de Caruociero, Galys.*

**N**on longè à municipio Viauna tria extant Monasteria no-  
stra vnius ferè leuæ ad inuicem distantia. Primum est  
*S. Maria de Carbonaria* ad radices montis Carmona situm, in  
cuius vertice fama, & traditio est populi vicini urbem olim  
exitisse Carmona nuncupata, illiusque adhuc extant vestigia.  
De primo illius conditore nobis non constat: in claustrō cim-  
balum fuisse antiqui ferunt *De forgo* nuncupatum, quo ad Cá-  
pitulum, ac Refectorium signum fiebat, conflatum Era 9 2 3.  
Vnde Monasterij antiquitas aliquatenus potest colligi. Insig-  
nis iurisdictionis, & ditionis est, Coloni ipsius simplices coloni  
sunt, nec sine licentia Domini Abbatis illius nubere possunt.  
Insignis sanctitate fuit, Monachum ignotum nomine, miracu-  
lis notum sub arcu lapideo iuxta ianuam Sacristarum sepultum  
certhimus, è cuius sepulchro per foramen puluis extrahitur,  
qui collo suspenſus ægros frequenter sanat, ac febres expel-  
lit.

**D. Monas-  
ter. S. Sal-  
uatoris de  
Palme.** ¶ Monasterium *Saluatoris de Palme* ab illustri D. Lomezendo  
filio Sazi, qui plura iuxta fluuium Neyua, atque Limiam pos-  
sidebat anno 1028. subitus montem Tamel constructum est,  
ut colligi potest ex quadam ipsius donatione in Archivio affer-  
mata, in qua hæreditatem da Leboreira de nouo concedit. San-  
ctis (inquit) illius loci, cuius Basiliæ *Saluatoris est in Villa Pal-  
mi*, Gal. 17. Quod si idem est in missione M. 10. 40. conser-  
vando

¶ Mona-

## Prologomena.

¶ Monasterium S. Romani de Neyua edificauit illustris D. Pelagius Caminhão, tempore Comitis D. Henrici anno 1100. iuxta fluuium Neyua, eaque Religione, ac charitate floruit, vt carnes in eo Monachi nunquam ederent, ipsumque Monasterium Hospitium sanctum Sancti Benedicti diceretur, ut constat ex donationibus cuiusdam Alphonsi.

¶ Luxta Fluum Limiam, ac infra Pontem illius Monasterium extitit Salvatoris de Victorinbo, cuius mentio fit in scriptura Archiuo Tibianensis sub nomine Vulturino. Monachorum anteā fuisse constat ex Archiuo Sanctae Mariae de Carbonaria, in quo memorie traditum reperitur Abbatem Monasterij de Victorinbo nomine Ferdinandum prandium fecisse Regi Alphonso primo cum in monte da Cabraçam venationi incumberet, Regem verò Monasterio caustum dedisse, &c. Ad Moniales postea transit, quæ ab Augustino Bracharensi Prelate in Bracharam sunt translatæ.

### §.

## De Propagatione Monachorum Nigrorum à Limia usque ad Minium.

INTRA terminos fluuiorum Limij, atque Minij plura olim fuisse, & adhuc extare Monasteria nostra Benedictina satis liquet. Primo igitur Monasterium re, & nomine Maximam in montanis illis, quæ inter municipium Vianna, & pontem Limiz ad Aquilonem tendunt, prope montem Arga regia magnificencia à Theodomiro Sueorum Rege opera, & industria S. Martini Dumensis extructum est circa annum 561. Prædictoque loco extitisse constat ex libro veteri manu scripto, qui liber fidei nuncupatur, & in Archiuo Ecclesie Bracharensis habetur: in eo enim, & confinia duodecim Episcopatum, qui suffraganei olim fuerunt Sedi Bracharensi, & inter alios numeratur Episcopatus Britonie, qui Sedem suam habuit iuxta locum Britiande nunc vulgo nuncupatum, de quo liber ille ita inquit:

Ad Sedem Britonorum Ecclesiæ; quæ in vicino sunt intro Britonij cum Monasterio Maximo, &c. Ex quo constat Monas-

## Prologomena.

sterium Maximum in Diocesi Britonensi extincte iam, seu alteri vnta extitisse, fuisseque tertium quod inter Benedictina apud Lusitanos constructum est, nam predicta Episcopatum diuisio, atque finiam illorum designatio, facta fuit anno 569. vt constat ex citato libro fidei, & vsque ad annum huiusmodi nullum aliud Monasterium extructum inuenitur preter Lurbanum, & Bubulense. Vnde Maximum tertium antiquitatis locum obtinuit.

Edificijs, Monachorum numero, ac Religione ita fuit insignis, vt Maximus nomen sit adeptus. Religionis, atque Regularis obseruantiae perfectionem exarata nobis reliquit Pollemius Abbas Sancti Petri de Pedroso, libro illo veteri (de quo supra) suos enim Monachos exhortans in collatione quadam ita inquit:

Memores estore fratres qualiter in Monasterio Maximo, Angeli Dei operti saculo, in spiritu, & virtute Sanctissimi P. N. Benedicti, & cælum humeris in terra portabant, & Regnum à perfidia Arriana ieiunij, & orationibus liberabant non minus scien-  
ter nescij, quam sapienter indocti. Regulam quam Sanctissimus P. N. Benedictus sua manuscriperat, & ore profitebantur, & corde obserabant, & opere, taliter spiritum Patri imitantes, quali-  
ter adoptionem amoris sui promerentes, & Deo placiti, & homini-  
bus deo in omnibus, & per omnia videbantur. Diebus, ac nocti-  
bus INCESSANTER pro se, & omnibus Christum Dominum  
deprecabantur. Sic erat inter eos unanimis voluntas, concordia, &  
amor, quod singuli singulis erant in admirationem, gratias Deo  
agentes quod taliter viuerent, ut Angeli, non homines ab homini-  
bus vocarentur. In Maximo amplissimo Monasterio ditati, & à  
Rege, & à populo in maximum habiti, & humiles, & pauperes hu-  
milem, & pauperem vitam gerebant, magis pauperibus quotidie  
bona sua erogantibus, quam sibi sumentibus; crescebat deuotio,  
crescebat, & Monachi crescebant ab hominibus ditate diuine, &  
crescebat carum despectio, volabat humilitas, orbabatur terra pec-  
atoribus, implebatur calamus Sanctis, &c.

Deinde

## Prologomena.

Deinde loquens Pollemius de Monachis Monasterij S. Antonij de Mōure & alludens ad verbum (de Mōure) addit Quidam de Antoninis nostris (non Mauris sed aureis) quos ut Eremitæ Patrii Antonij, fama eremii verè cultores prædicat ab anno 565. Hæc itaque collatio Pollemius ad nostram usque etatē in Pedroso conseruata, maximam Monasterij Maximi sanctitatē, ac religionem satis exprimit. Cetera temporis antiquitas, & sarracena vastatio sepeluit.

In montanis quoque illis vicina alia fuere Monasteria Benedictina, Monasterium scilicet Salvatoris da torre super Limiam edificatum tempore S. Martini Dumensis. Unde (prout aliqui dicunt) Monasterium de Dume dicebatur. Sarracenis (capta Hispania) turris illius præsidium erat; illustris autem Gallaicus armata manu in eos irruens, turrim expugnauit, redificauitque Monasterium, quod diu postea Sanctitate floruit. Varia deinde naufragia tolit, Dominicanis nunc ab Archiepiscopo F. Bartholomao à martiribus vnitum cernimus.

Monast. S. Claudiū parum à prædicto distans, in loco solitario, eiusdem B. Martini tempore conditū est, & diu perststit. In Registro enim Valentiae in Abbatem illius confirmatus inuenitur Monachus quidam Rodericus Petri, nomine anno 1432. Monachis autem paulatim deficientibus, ad clericos tādēm sacerdotes deuenit, quorum unus illud iterum Religioni per renuntiationē tradidit. Collegio nostro Conimbricensi nunc temporis vnitū est.

Monast. S. Ioannis de Cabanis Benedictinū fuisse cōstat ex Registro Valentiae, anno enim domini 1419. mense Augusto confirmatus fuit in Abbatem illius F. Vasco Alphonſi. Monachus S. Ioannis de Pendorada, qui postea renuntians, & in Pendorada revertens, antiqua secum adduxit memorialia in archiuo asserua-  
ta, ex quibus constat. Monast. Cabanense a constructū fuisse anno 602. & primum Abbatem illius fuisse F. Boſino, annoque domini 649. habere iā, & alere 57. Monachos, qui in arduis illis, velut A quile posuerant nidum suum. Magnas denique habuisse possessiones, & decimas omnium quæ mari propinquæ uehebantur, ac omnium quæ terra gignebat per tria millaria circumquaque. Reædificatum fuit post eueruionem Hispanie à nobili quidam Gallaico Lope Munibon nomine in honorē S. Ioannis Baptiste, atque tandem longo post tempore meritis sanctorū qui ibi sunt sepul-

sedē cathe dralem Bri toniæ translati Rex Alphonsus Castus ad O uiedo an no 830. quia ab Imaelitis (inquit) est destructa, & inhabitabi lis facta pro indeque tūc etiam Mo nast. maxi mū euersu est.

Monast.  
S. Cladij

Monast.  
de Caban-  
nas.

Aedificatū supra innui tur ab anno 571. in epi stola Druma rij. De monast. Tibia nensi.

## Prologomina.

septimi, à Commandatarijs licet omnino extenuatum ad Reli-  
gionem rediit. Monachorum modicu[m] de enucleo & ratiōne  
narratio.  
**De Mo-**  
**nast. Mi-**  
**randa.** Monast. S. Mariæ de Miranda quod propter eximiam, &  
admirabilem Monachorum illius sanctimoniam Alphonsus Rex  
II. in testamento suo vocat *Admiranda*) à Ponte Limia parum  
distans in secessu illorum montiū D. Fructuosi tempore ea san-  
ctitate floruit, ut Cassinum ipsum præferreret. Testis est undeci-  
ma collatio in libro illo veteri de Pedroso exarata, in qua Abbas  
Monachos suos ad perfectionem exhortans inquit: *Vt innam om-  
nes Cassinenses fuissemus, sicut & fratres nostri Mirandenses, qui  
anno domini 659. arduo in monte super Limiā Cassinum fecerunt  
coniuncti, & separati, sed alios sic, alios sic operari oportet.* Vnde  
Rex Alphonsus, alijq[ue] Reges singulatibus privilegijs Monaste-  
rium illud honorarunt. A Commandatarijs penè extinctum ad  
brachia Religionis rediit.

**De Mo-**  
**nast. S. Io-**  
**annis de**  
**Arga.** Monast. S. Ioannis d' Arga propè Limiam in cæcumine mon-  
tis Arga edificatum fuisse videtur anno 661 ex lapide quodam  
super liminari ibidem invento, in quo prædicta erat era. Mona-  
chi illius imitatores fuere sanctitatis Monasterij Maximij, cui-  
us erant vicini. Abbatem & Conventum adhuc habebat anno

**De Mo-**  
**nast. Gan-**  
**fri.** Monast. Saluatoris de Ganfey opus creditur à Martino Dumia-  
ensi primū extructū; Ex scripturis quæ in archivio illius sunt,  
colliges saltem illud iam extare anno 619. & anno 813. Reædi-  
ficatum vero fuisse longè post a D. Ganfrido, constat ex literis

in lapide quodā edificij veteris incisis, quæ sic habent: *D. Gan-*  
*fridus redicator būius Monasterij S. Saluatoris era Domini 1018.*  
Magna religione & sanctitate floruit, cuius etiam meminit no-  
ster Alphonsus II. cum in testamento suo pecunia eleemosinam  
reliquit sanctis Monachis Ganfensibus, ut cum orationibus suis  
Domino commendarent. Eandem vite sancti moniam falsis in-  
dicant Abbas & Conventus S. Felicis, qui cum Ganfenses ab  
illis quendam Monachū in Priorē seu postularent, ita rescripsere  
*Concedimus vobis, quia sancti, sanctum, pro iusta petitione vestra,*  
*licet indigne ferentes: charitate tamen fraterna, qua inuidem docet*  
*nos amare Christus moti, quamvis acclamantibus fratribus; pro di-*  
*missione, & amissione sancte conuersationis fratris nostri F. Go-*  
*nelij das festas, ipsum in priorem vestrum, quem Dominus noster,*  
*& San-*

## Prologomina.

¶ sanctissimus P. N. Benedictus vobis cum in consuetam obser-  
uantia, & vita puritatem in futurum conseruer. a  
Epistola 15. Aprilis anni 1023. Ex qua colligitur Gantemus Ex Archi-  
fancte vivere, & Monasterium S. Felices sanctos procreare, Vn-  
dè Monachi illius Viri apostolici dicebantur. Extractum inueni-  
tur supra Miniam ab anno 604. Societatis Collegio Conimbr. De monast-  
censi nunc vnitum, procurante Ioanne III. de S. Finis.

¶ Moast. de Fiaes nigrum prius, & adificatum ante annum 889.  
(vt constat ex scriptura quadam permutationis Archiui Gau-  
fensis) Cisterciensibus postea, utrum est. ¶ Monast. S. Cosme de Demonast  
Azere, circa annum 619. constructum (vt patet ex eodem Archi-  
ui) & Monast. S. Marie de Hermel anno 666. (vtrumque in ter-  
ritorio Valdevez) in Ecclesias Parochiales transferunt. ¶ Mo De monast  
nast. denique S. Christophori d'Alabruia Seu Laboriosa adificatum de Azere  
circa annum 898. à D. Gafao Soeiro, donatum posteā à Rege Or- & Herme-  
dorio II. Ecclesie de Lugo anno 913. (vt constat ex libro Fidei lo.  
Archii Bracarense) nūc Bracarensis Archidiaconatus est.

¶ Porro sicut in hoc Lusitanæ tractu, & spatio, plura antiquiora De monast  
fuere Monasteria virorum, ita quoque feminarum extiterunt; & de Alabru-  
extant. Monasteriu Domiaru S. Martha de Cerzedelo in territo-  
rio de Penela ad pôtem Limiae, magna olim religione floruit; Ar- ia.  
chiepiscopus D. Ludovicus (vt constat ex Regesto Bracarensi) illud  
in Parrochiâ conquerit anno 1471. Ultimaq; Abbatis illius D. Demonast  
Mecia Roderici nomine, ad eum tâdem statu denenit, vt per vici S. Mar-  
na loca ostiatim mendicando vitâ finiret (prout ibi traditio est.) thea.

Monast. S. Benedicti de Monçao cù à nobili viro Pelagio Gomez  
Pereira pro Monialibus Dominicanis, ob deuotionē S. Dominici De monast  
anno 1550, autoritate Pontificia extractum fuisse, nullusque in de monçao  
eo Filias suas vellet includere, nisi Benedictinum fieret, obtinuit  
secundò prædictus Pelagius à Sede Apostolica, vt Monasterium  
S. P. Benedicto consecraretur; quo facto Monialibus cœpit ilico  
repleri, ac indiēs augeri faliciūs.

Monast. S. Benedicti de Vianna eodem ferè anno, à 42. nobilibus  
viris eiusdem loci conditum est: cùm iam antea ibidem Moniales De monast  
etiam nigrae in cenobio S. Anne florerent, ab anno 1512, cùi duo Vianna  
alia antiquiora sunt vnta, vnum scilicet S. Marie de Louio, alterū  
S. Marie de Valboz, Monialium vtrumque ad ripas Minij situm  
propè oppidum Villanova de Gerueira.

## Prologomena.

§

### De Monasterijs ultramontanis & alijs

**D**e Mo-  
naſt. de ca-  
ſtro de Aue-  
lans. **M**onaſt. de Caſtro de Auelas insigne fuit in Prouincia Trans-  
mon ana, nō longe ab urbe de Bragaſça ex mādato D. Fru-  
ſtuſi edificatū, nullis poſteā temporū iniurijs, nec etiā in va-  
ſtatione Hispanie (ſecundum antiquam Monachorum traditio-  
nem) dirū unū eſt, quo uelq; tandem Ioannes III. ex ampliſſimis  
redditibus illius ſedem Cathedralem de Miſanda erexit.

Monast. Monialium nigrarū de Muſca ex Xe nodochio pro-  
pauperibus, & peregrinis, à nobili viro Simone Guedes adifica-  
to, authoritate Pontificia in Benedictinum cānobium cōmuta-  
tū eſt anno 1587. quæ mutatio dexteræ excelsi fuit, floret enim  
indies. **M**onaſt. Monialium de Bragaſça conditum eſt à no-  
bili vidua Maria teixeira nomine anno 1591. S. Virginē Scho-  
nasticam hæredem ſuorum bonorum iſtituente, ut hæreditatem  
Bragaſça obtineret cælestem. Ex Monasterio de Vairão primz venere Mo-  
niales, ad vtrumq; Monast. prædictum magistrandum.

**D**e alijs  
Moſtaſt. **P**lura alia Monasteria quæ diuersis in locis extitere, omitti-  
mus: nimirum Moſtaſt. S. Marie de Iunbas apud Barroſo iuxta  
fluuium Cadauorū Cisterciensibus poſtea vnitum Moſtaſt. S. Ste-  
phani de Cbaues, S. Saluatoris de Roſas: S. Genesij de monte lon-  
go S. Saluatoris de Sabadim; S. Saluatoris de Berſo, S. Pelagiij de  
Caluelo S. Pelagiij de Oſſo. De Hermelo. De Iaffente. De Maufe.  
De val doparaifo. Do Sobreiro de Aue. Moſtaſt. S. Ioannis da pon-  
te. De villa noua vtrūq; prope Guimaraēſ. Requião, nō longe à S.  
Thirſo. S. Petri de capareiros, prope Caruoero. S. Bartholomaei  
do Mar, iuxta Palme S. Marie de Gundar monialiū in territorio  
de Gestacò & tria alia illi ſubiecta. S. Saluatoris de Lufrei Mo-  
niale, S. Saluatoris de villa coua non longe ab Amarante, Mo-  
niale quoq; quæ ita neceſſitatibus populi ſubueniebant, ſo-  
lemq; vel pluuiam medijs orationibus impetrabant, ut vulgo  
Padrinbas da terra, vocitarentur.

Hæc (inqā) & alia omittimus in Ecclesiis parochiales reda-  
cta Singula quæ ſeclī attriuit ſic cana vetuſtas Ut maneat, præ-  
ſer Noſtra fuere, nihil. Ea tamē præſtingere libet, quia licet tot  
aliena-

## Prologomena.

alienationes nobis sint dolores oculorum, & animi, indices tamen sunt Sanctissimi Patriarche charitatis, & meritorum ipsius vivi praecones. Etenim non filii tantum acquisiuit, sed sacris etiam post eum sequutis Ordinibus, statui clericali, quin & seculari, tamquam **Pater futuri** a cunctis de patrimonio suo distribuit, & impedit, alios ditans, alios coadiuvans, ut omnes illum tanquam parentem agnoscant, & de benedictionibus illius faciatetur benedicti.

*Esaiae  
cap. 9.  
Prouintia  
nestra Bra-  
silensis in  
cœpit apud  
Bahia anno  
1581.*

## CAPUT TERTIVM.

### De confessione, & Lapsu Ordinis Benedictini Portugallensis.

**M**Onasteriorum copiam vidimus: Religionis consistentiam videamus: Lapsum breuiter deploremus. *Aureum nostræ* sacræ Religionis sæculum annos 177. complectitur (tot enim fluere ab ædificatione **Lurbanii** usque ad vastationem Hispaniarum) *Sæculū I. ab anno 137.* **Lurbanum** quippe constitutum est a Patribus nostris in Hispaniam a Sanctissimo Patriarcha missis, anno 137. Hispania vero euersa est anno 714. In illo igitur sæculo nihil invenitur, quod non summam Sanctæ Regulæ obliteratiōnem, & flagrantem spiritus feruorem indicet, nec in uno tantum, aut altero Monasterio, sed in 30. & ultra, quæ per id temporis fuere constructa: Illorū quippe Monachi Benedictini spiritus primitias habentes, tamquam nouella plantationes iniunctiute sua yberiores, & præstantiores fructus, toto illo primorū ætatis flore dederunt, aurei fecere sæculum; *Aurea profectio ætas illa, in qua singularis Monasterijs Maximis* sanctitas, & laus vigebat perennis: in qua Antonini nostri aurei dicebatur, *Mirandulenses* cunctis erant admirationi, *Dumienses*, *Tibianenses*, & omnes alij spiritu feruētes, ac Dei emulatione se inuicem emulantes, maiori indies perfectioni studebant.

In argumentum prædictæ perfectionis, & sanctitatis memorandum illud quod sancto cuidam Abbatii *Monast. Salvatoris* de Villar contigisse fertur, proferamus. Tempore, quo charitatis ardor vigebat, & Monast. Benedictinum erat Abbas quidam a dicebatur os domo ex more coquitus, & secretius contemplatui incumberet; pincheiros do Cunqus venisset ad locum, in quo grandissimus erat gaudiaque Calo seruidem contemplari star, apparebat ecce super arborem illam intra septa Merula quadam, ita dulciter canens, ut vir Dei atra se raperetur Monast. *Angelicis carnis suavitate astaculus.* Porro cum sit absortus, immobilis est.

## Prologomina.

omnibus inuisibilis diu permaneret paradisi gaudia prælibas: Monachi nescientes quid de illo actum esset, Abbatem tandem aliam elegerunt. Ceterum vir Dei longo tempore lapsus ad se reuersus in Monasteriu rediit, paucis ante a horis se ab eo exiisse credens. Multa mutata videns mirabatur, fratres non agnoscebat, nec erat agnitus ab eis. Vnde cunctis admirantibus, illo tandem indicante die, & annu in quo a Convento exierat, inuenitum est anno 70, in extasi illa perseverasse; ipse quo intellexit Mille anni antecoulos domini tanquam dies histerne &c. Abbatalem dignitatem reassumere noluit, breuique in calum euolauit. Sepultus est in claustro, & puluis sepulchro adiacens agris opem ferebat. Temporum vero iniurias deuoti sancti viri penè deleta est, reuicit tamen ex eo quia si que Bruta amavantes, per sepulchrum illius transflabant, statim unum ex cruribus frangebant. In Ecclesiam tandem ossa sacra transtata sunt anno 1459. prout tradit P. Paulus Canonicus eiusdem Monast. qui anno citato vixit, & predicta scripsit.

Plura alia possent afferti si vita illorum extarene, quorum nomina scripta sunt in libro vita. Tres tamē preclarissimæ gemmæ tanquam auro inclusæ seculū illud aureū fecere illustrius, duo nēpe Bracarēses præsules, B. Martinus Dumensis, & B. Fructuofus gemmei quidē & Saphiro pulebriores; tertia B. Virgo Irana, margarita veluti, quæ sub aquis gignitur, & viuit, vel potius tanquam Sardonias, b. quæ triplici colore gaudet, nigro scilicet in imo, rubeo in medio, cādido in supremo. Sic enim Irana Monastica professione nigret, virginali pudicitia candet, Martiri gloria rubet.

a D. Payne  
Gotteres, da  
Silua redi-  
ficatu esse;  
dicunt alii.  
b Plin. lib.  
37.c.6.  
  
Ad huiusmodi seculū pertinere existimant aliqui Monast. de Caruocastro, expulsis enim Sarracenis, ex antiqua traditione dicūt donatū fuisse à Rege, Illustri cuidam viro, qui cum nō inuenisset cultores agrorū ( omnes quippè Sarracenos fugientes in monte Padella secesserant) ex eo 4. Fratres adduxit, qui Gādarinibus dicti sunt, & ex quibus omnis illius territorij posteritas processit, atq; illis tanquam simplicibus colonis agros colēdos dedit. Unde simplex colonia & alia Monasterij prærogatiæ dimanarunt.

Secundum religionis seculum, & prima Monasteriorū ruina ab anno 714. incipit; Tunc enim Hispania & Sarracenis capta, & Gothorum imperio debellato, Monasteria quædam sunt destru-  
yuntur. & 2. uerdam deserta, & alia facta sub tributo Barbaris quotannis soluentur. Ceterum Christianis Principibus ab Asturum monta-  
nis

# Prologomena.

nis ex euntibus, hostiisq; paulatim propulsantibus, Monasteria cōperunt, vel destruxerūt, & edificari, vel cōcubūt ex iis, p̄t alīcīm rēgnante Alphōnso III. cognomento Magno, hic enim cū misericōdīcīus Prælia domini p̄tālaretur circa annum 880. ripas Minij, usque ad Bracaram habitari iossit, & fecit; Monachique illorum Monasteriorum quæ vel adificabantur, vel instaurabātur curam animarum agebant, ob defectum, & paucitatem clericorum.

Primum igitur Monast. quod tunc de novo extreūtū scimus Monasterium fuit Domine Nostre de Abbadiacirea annū 883. (vt patet exprædictis<sup>a</sup>). Vnde nō Eremitæ seculares ibidē prīmo, (ut a liqui volūt<sup>b</sup>) sed nostri Monachi nigri Montana illa do larez habitarunt: Deinde Monast. de Tolos & alia plura vsq; ad annum 997. Tunc enim egrediens cpm exercitu copioso à Cordaba Sarracenū ille Almancor Ch̄ristiani nominis accertimus hostis, plura Lusitania oppida vastapit, Sonimbricam d̄jruit (quæ sic diruta mansit c annis 7. & à Sarracenis postea readificata est, & possessa, donec Monachorū in Lurbani industria, eam nāst. Renz Ferdinandus Magnus recuperavit) urbem Viseo euerit, & Barraria ita solo æquauit, vt congerient, & ac eruum lapidum eam b reliquerit, Urbem Tui incendit, & ad Compostellam perueniens eimbala sacri templi D. Iacobū Ch̄ristianorū humeris in Cordubā asportauit, quæ longo p̄t tempore d Ferdinandus III. cognomento Sanctus, Corduba capta, par pari referens Sarracenorū iterū humeris, vnde fuerant ablata reducere præcepit. Tunc igitur temporis plures Ecclesiæ, pluraque Monasteria nostra, à Barbarico furore destructa sunt, & incensa. Ex quibus aliqua paucis p̄t annis fuere readificata, vt Ganfei & alia: alia quoq; de novo condita, quæ omnia cum ceteris antiquioribus, ad secundum spectant seculum Argenteum quidem, Monachi enim illius statis viri Sancti, Angelici, apostolici, dicebantur, & erant Gariuai (vt ex supradictis liquet).

Fulsero maximē tria illa præclara lumina B. vesp̄e R. & desiderio B. Senorina, & pr̄ter D. Giraldum S. Gondisaluus, quem sub d Be nedictina cuculla in Monasterijs de Paço & Palumbensi ab antiquodepictū esse maiores nostri testantur, imò & in altari veteri ipsius Erimitorij (vt oculati testes s̄teniunt). Quod autēm B. Da- B. Gondiminici religionem in Monasterio Vimarcensi, non fuerit pro- fessus plura suadent. Prīmo, quia in libro Donationum Legis

Ante annū  
807. ædifica-  
tū nūc nūt  
Monasteriū  
S. Mariæ dō  
Sebrado in  
loco, qui ita  
dicitur, mu-  
tatum est poi-  
ste, & sub  
titulo S. Ma-  
riæ de Pō-  
beiro perma-  
net.

<sup>a</sup> De Mo-  
nast. Renz.  
<sup>b</sup> Brito.  
Almancor  
idē est atq;  
victor, sc.  
Vicibus cō-  
tra Christianos  
nos pugna-  
uit, & saepe  
victor exti-  
tit.

<sup>c</sup> lib. 9. c. 38

Anno 1273.  
Erimitorij (ut oculati testes s̄teniunt). Quod autēm B. Da-  
B. Gondiminici religionem in Monasterio Vimarcensi, non fuerit pro-  
fessus plura suadent. Prīmo, quia in libro Donationum Legis

Alph. n̄si

## Prologomena.

Alphonſi Henricti in Turri monumentorū Oſlippone ſeruato,  
habentur hæc verba. *Doxabibis Eritorii S. Gondifalui de Amara-*  
*ranse* &c. Alphonſus autem I. conſtat quid obiit anno 1185.  
cum B. Dominicus puer adhuc eſſet 15. annorum (natus eſt enim  
anno 1170. vt vitam illius ſcribentes fatehantur). Quomodo ergo  
Religionem Dominicam ingressus eſt ille, cuius iam ſepulchrum in  
pueritia Dominicam donatum era? Secundò Monasterium Domini-  
cane familie apud Guimaraēs, in quo B. Goudifalum habitum  
fuicepiffe dicitur, conſtructum eſt anno 1270. (vt conſtat ex de-  
creto, & licentia Senatus coſulti ipſius Municipij ad edificandū)  
cum ergo aliqui a dicant S. Gondifalum obiisse anno 1260. ſe-  
quuntur primò, eum prius uifſe mortuū, quam p rofeſſum. Sequi-  
tur ſecundò eum non potuisse, pontem de Amarante conſtruere  
(prout conſtruxiſſe aſterunt) nam prius 200. faltē annis, praedi-  
eti pontis memoria reperitur, in donatione quādam, quæ in Mo-  
naſterij de Pomeiro archiuo habetur; in ea enim D. Gonmefius  
de Sousa ita inquit. *Dono bareditates, quas emi à Patrono, Mo-*  
*naſterij de Tolones fitas citra pontem Tamicæ de Amarante* &c.  
*facta charta era 1057.* Multa alia ommittimus, ſufficiat teſtimoniū  
egregij viri F. Hyeronimi Romão qui in manuſcriptis de  
primatu Bracareniſi, S. Gondifalum Benediſtinum uifſe apertere  
aſſerit, cōſtabatq; ex vita illius Martirologio de Pōbeiro appéſa.

Illustrarunt deniq; ſeculum iſtud ſecundum, & posteriora il-  
lius confinia, 4. Pontificiæ infulæ, 4. Abbatibus noſtri Moнаſterij  
de Refugio collatæ, duæ Bracarēles Abbati D. Martino, & Ab-  
bati D. Ferdinandō (de quibus ſupra) una Viſensis Abbati D.  
Stephano I. & altera Abbati D. Bentō Mendez Comiti Hērrico,  
& Regi Alphonſo Henricti chariſſimo. Illi enim Aiphonſus, Fa-  
ci, (inquit) cautum S. Michaeli Archangelo in remedium animæ,  
meæ, & propter te Benediſtinum mendes Abbatem, quem multum di-  
ligo, quia mihi ſemper fuſiſſidis, ac fidus amicus, & propter octo-  
centos marabitinos aureos, quos à te recepi. &c.

Seculū III. ab anno 1230. uſque 1400. Patro-  
norū familijs 40. & ſin-  
gulis illarum perfonis pē-  
ſionē iolue-  
bat Tibalb  
tem ore Al-  
phonſi III.  
ſanguinis 500.  
teruntios.  
Seculū III  
ab a. 1400.  
vixi ad 1500

Tertium, ſed fereum iam ſeculum ex Patronorum Moнаſte-  
riorum abuſibus, ab anno 1230. plus minus vè incæpit. Quar-  
tū deniq; ſitile, ac luteum à Commendatariis emanauit (vt iam  
dicam). Ea eſt enim humanae defectibilitatis acerba conditio, vt  
firma quæque paulatim tandem deficiant, atque labascant.

S      T      S      Septingentis igitur, & eo amplius  
annis

## Prologomena.

annis nostra sacra Portugallensis Religio immutabilis, & in statu sanctitatis florido perennavit, prædictæ tamen conditio-  
nis acerbitatem circa annum Domini 1230. ac deinceps sensibilius caput experiri. Etenim Monasteriorum Patroni (glis-  
cente in dies temporalium rerum cupiditate, malorum omnium  
radice) ita cœnobia domino suo subiugarunt, ut gubernatione  
spirituali Abbatibus relata, temporalium regimenti sibi usurpa-  
rent, quo abutentes, Alphonsus Rex III. in Comitijs apud Vi-  
maranum habitis remedio opportuno Monasteriorum vexatio-  
ni certis quibusdam decretis occurrit.

Porro temporis progressu eorundem Patronorum suasioni-  
bus effectum est, ut Abbes, & Conuentus bona temporalia ita  
inter se diuideren, ut Conuentibus una tantum pars remane-  
ret, Abbatibus vero duæ, sub obligatione certum quid pensio-  
nis eisdem largiendi Patronis, ac corum cognatis tam viris,  
quam fœminis. Ex huiusmodi autem divisione *claustra* (ut in-  
quiunt) pullulavit origo; extincta enim obligatione illa, seu  
pensione, quæ Patronis soluebatur, loco illius subintravit Con-  
ductoria; Conductoriæ autem appellabant certam quottam  
reddituum, quam Abbes soluebant Conuentui pro expensis  
carnis, & piscis, atque Infirmitaria; donabant etiam quotidie  
certum quoddam pondus panis, & certam mensuram vini sin-  
gulis Monachis, qui licet in Refectorio Conuentualiter ederent,  
vnuquisque tamen ex peculiari sibi præstata portione edebat,  
atque hinc proprietatis vitium, frigidumque illud verbum meū,  
ac tuum sanctam paupertatem oppugnare caput, tandemque  
expugnauit. Initium dolorum hæc; ultima tamen Religionis  
desolatio à Commendatarijs promanauit. Etenim post annum  
Domini 1400. Reges Portugallia, belli Africani prætextu, Mo-  
nastrorum patronatum à Summis Pontificibus imperare ca-  
perunt, eaque per obitum Abbatum à Conuentibus anteā ele-  
ctorum vacantia nobilibus personis commendare, sub quibus  
*Fili Syon incliti*, & amicti auro primo reputati sunt in vase  
testea, opus manuum figuli. Obscuratum est aurum, mutatus est Thren. c. 4.  
color optimus, dispersi sunt lapides sanctuarij, dissipatae posse-  
fiones, bonaque Religionis ita alienata, ut sicut ille alias Corin-  
thum aliquando conspiciens. *Plus* (inquit) me mouent parietinae Cicer. Tuf-  
Corinti, quam ipsa Corintus. Ita merito de Religione Bene- cul. 3.  
dictione

## Prologomena.

dictina dici posset. Plus me mouent, siquidem multò plura sunt alienata, quam retenta, plura dissipata, quam conseruata, plura anissa, quam relicta; & quoad statum Monasticum plura flere decet, quam retegere; *Misericordiae tamen Domini, quia non sumus consumpti, quia non defecerunt miserationes eius.* Cum enim centum sexaginta annis Benedicti nauicula huc atque illuc iactata operiretur fluctibus, & iam penè submersa periret, recordatus est Dominus Noe, lumenque Reformationis affulit, atque tandem cessauit tempestas.

## CAPVT QVARTVM.

### *De Reformatione Ordinis Benedictini Portugallensis.*

**R**EFORMATIONEM Generalem totius nostri Ordinis Benedictini apud Portugallie Regnum tria præcessere præludia in Monasterijs specialibus. Primum in Monasterio Tibanensi entuit. Cum enim Joannes III. Commendatarium illius creasset virum egregium Fr. Antonium de Saa Monachum Montisserati, Lusitanum tamen in oppido Mogadouro natum, caput hic Monasterij sui Reformationi incumbere, dormitoriumque construens ad Novitiorum educationem, duodecim Monastico habitu induit anno 1535. quibus Magistrum præfecit obseruantissimum Monachum Fratrem Iohannem de Chanones natione Gallum, & a predicto Montiferrati Cœnobio accersitum, qui in illud postea reveritus B. P. Ignatum de Loyola instruxit, & a Confessionibus extitit, cum depositis iam armis militiae terrestris cœlesti adscriptus est. Mortuo autem Antonio de Saa anno 1550. commendatum est Monasterium Tibanense D. Bernardo Episcopo olim S. Thomæ Dominicanæ familie alumno, qui illud rexit annis quindecim.

Secundum Reformationis præludium inchoatum est ab egregio viro, ac de Religione Benedictina optimè merito Fratre Dida.

## Prologomena.

Didaco de Murça Ordinis S. Hieronymi professore, præcepto-  
reque D. Eduardi Ioannis III. filij, cui in Commendam nostri  
Monasterij Refugiensis successit.

Hic ergo cum Rectoris etiam munere in Academia Co-  
nimbricensi fungeretur, in domibus eiusdem Academæ duo-  
decim Monachis ad Regularis vitæ institutum admissis, anno  
1555. nostri Collegij prima posuit fundamenta; Monasterium  
quæque Refugiense, multis ad Religionem admissis, ad anti-  
quum vitæ Monasticae splendorem quandiu vixit reducere cu-  
rauit.

Tertium Restorationis nostræ felix præludium in Monas-  
terio Sancti Thyrsi anno 1558. incipit. Praerat id temporis  
Monachis Sancti Thyrsi sub Commendatarij titulo illustris D.  
D. Antonius à Sylva Comitis Portalegrensis frater. Is Mono-  
sterium suum Reformationi subdere piè concepit, atque stu-  
diose exequutioni mandauit; euocatis enim à Castellæ Con-  
gregatione Reuerendis admodum Patribus Fratre Petro de  
Chaves natione Vandalo ex oppido Castra in Monasterio Mon-  
tisserrati multis annis Nouitiorum Magistro, & Fratre Placido  
de Villalobos Olyssonensi, eiusdemque Monasterij Monacho,  
tantorum Patrum opera, & industria Monasterium Thyrsense  
Monasticis moribus renouatum conspexit.

Vita verò functo ipso D. Antonio anno 1561. Fr. Petrus  
à Chaves in Castellam regreditur, Placido autem in Mono-  
sterio Sancti Thyrsi manere placuit, vt nouam illic Reforma-  
tionem fouveret, totiusque Ordinis restorationem prosequi-  
retur.

Portò cum mille obstacula, impedimenta mille, hoc san-  
ctum opus præpedirent, singulari sancè dexteritate, & prudentia,  
incredibili zelo, invictaque patientia omnia Placidus superauit,  
qui pro millibus vñus, unus homo cunctando totam nobis restituiv-  
sem.

Cum igitur apud Cardinalem D. Henricum, qui tunc tem-  
poris pro Sebastiano Rege clavum Regni tenebat, rem præcla-  
rè gesisset, obtentis tandem à Sanctissimo Pontifice Pio V.  
Reformationis literis anno Domini 1567. accersitus est ite-  
rūm Reuerendus P. Frater Petrus à Chaves, quem Cardinalis

## Prologomena.

iuxta Pontificiam concessionem generalem Congregationis reformati creauit, traditis illi, ac socio suo Placido reformationis literis, 22. Julij anni 1569.

Monasteriorum igitur possessione accepta, noua caput Reformatio florere sub regimine, seu eriore disciplina prefati Reuerendissimi Patris Reformatoris, qui decem & amplius annis munus Pastoris vigilansissime exercens, Congregationem hanc plantauit, Placidus rigauit, Deus autem incrementum dedit.

Olyssipone Monasterium vetus adificauit in domibus eiusdem nobilis viri Pauli Henrici, qui vitam Monasticam postea professus est. Plenus tandem dierum anno Domini 1584. in calum euolauit. Successit illi secundò R. P. Frater Placidus de Villalobos, qui duobus triennijs Congregationem rexerit, multisque pro augmento illius exantlatis laboribus, zelus tandem domus Domini comedit eum. In Transtaganam enim Regionem transiens, ut de Monasteriorum adificatione ageret, validia febri correptus obiit anno Domini 1589.

Tertius Generalis creatus est Reuerendissimus Pater Fr. Balthasar à Bracharà, sub quo Constitutiones nostrae sunt editæ.

Quartus Anno 1590. Reuerendissimus P. Fr. Gondisalus de Moraes (Episcopus postea Portucallensis creatus) sub quo Magister Frater Gregorius à Plagis publica concertatione Sacra Paginæ Cathedram in Academia Conimbricensi adeptus est.

Quintus Reuerendissimus P. Frater Antonius à Sylva.

Sextus R.P. Fr. Balthasar à Brachara secunda vice, sub quo noui Olyssonensis Monasterij fundamenta, atque Portucallensis iacta sunt.

Septimus Reuerend. Pater Frater Placidus Ferreira.

Octauus Reuerend. Pater Fr. Petrus de Basto.

Nonus R.P. Fr. Baltasar à Brachara tertia vice.

Decimus R. P. Fr. Anselmus à Conceptione.

Vndeциimus R.P. Fr. Thomas do Socorro, sub quo Magister Fr. Leo à Sancto Thoma Cathedram Gabrielis in Academia Conimbricensi publica concertatione adeptus est.

Duodeci-

## *Prologomena.*

Duodecimus R. P. Fr. Antonius à Regibus, sub quo Monasterium Scallabitanum ædificijs nobilitari caput, atque per Abbatess regi.

Decimus tertius R. P. Fr. Maurus à Diuo Iacobo.

Decimus quartus R. P. Fr. Mancius à Cruce, quo vita fundo primo Anno Triennij sui

Decimus quintus electus est R. P. Fr. Martinus à Præsentatione.

Decimus sextus R. P. Fr. Antonius à Regibus, secunda vice, sub quo Fr. Petrus Menesius Mathematicæ cathedram publica concertatione in Academia Cambriensi obtinuit.

Decimus septimus R. P. M. Fr. Gregorius à Plagis Primarius sacrae Paginae in eādem Academia professor.

Porro in eodem Capitulo Generali in quo ille fuit electus anno Domini 1626. mense Maio apud Monasterium Tibanense more solito celebrato, decretum est, ut leges nostræ in Constitutionibus, ac Definitionibus contentæ, Ceremoniæ, Pausæ, & Signa (quibus ad obseruantiam silentij utimur) reformarentur: prouindeque septem Monachi ex grauioribus deputati sunt, quibus Capitulum potestatem delegauit ad prædictas leges cōdendas, ac reformandas. Fuere vero deputati R. P. Generalis, Reuerendi etiam Patres Fr. Martinus à Præsentatione D. Abbas Portucallensis. Fr. Clemens à Plagis D. Abbas S. Thyrfi. Fr. Thomas do Socorro Definitionis Primus. Fr. Antonius à Regibus. Fr. Maurus à Sancto Iacobo, & Frater Leo à Sancto Thoma; Designatus est etiam tanquam Procurator Congregationis Frater Benedictus à Cruce Magister in sacra Theologia.

Cæterum cum tribus ex prædictis deputatis, Deo ita disponente, in Cælum comigrarent R. nempè P. Generalis Fr. Gregorius à Plagis, Fr. Maurus, & Fr. Clemens, præfatusque Magister Fr. Leo à S. Thoma loco Generalis defuncti, Generalis fuisset creatus, ut prædictum decretum Capituli executioni mandaret, tres alios iuxta tenorem, & formam illius cum cæteris Deputatis elegit, qui vicem, & locum supplerent illorum, qui deceperant. Electi autem fuere RR. Patres Fr. Paulus à Spiritu Sancto D. Abbas Olyssonensis, Fr. Antonius Ribeyro D. Ab-

## Prologomena.

D. Abbas Palumbensis, & Fr. Cypriani à S. Andreæ Visitator  
Primus.

Congregati igitur omnes septem mense Julio Anni 1528.  
Præsente etiam prædicto Procuratore Congregationis, fuis  
prius ad Deum precibus, caperunt incumbere prædictæ Re-  
formationi Constitutionum, Ceremoniarum, &c. Reuisisque  
omnibus per spatum duorum Mensium, ea quæ se-  
quuntur placuit, vel de nouo addere,

vel melius, & clarius

explicare.



**Finis Prologomenorum.**



# LIBER PRIMVS DE IIS, QVÆ AD COMMVN Religionis regimen spectant.

## CONSTITVTIO PRIMA.

*De Congregatione, & Monasterijs illius.*

### CAPVT PRIMVM.

*De unitate Congregationis.*



TATVIMVS primò secundum Pontificia  
<sup>a</sup> Pij, & Sixti Quinti <sup>b</sup> diplomata , vt omnia Mo- <sup>a Regimini</sup>  
 nasteria nostra quæ nunc extant , & cuncta etiam &c.  
 in posterum erigenda , in vnum Congregationis <sup>b In iunctu</sup>  
 corpus pariter coalescant , omnesque Mona-  
 chi , tum præsentes,tum futuri , qui in aliquo illorum ritè pro-  
 fessionem emiserint , seu iuxta dipositionem istarum Constitu-  
 tionum fuerint recepti , ipsius Congregationis membra censean-  
 tur , vniusque supremi capituli Generalis nuncupandi obedien-  
 tia , ac regimini subsint .

2. Cōseruationi verò huius sic erēcte Cōgregationis , ipsiusq;  
 stabilitati consulentes , omnibus , ac singulis illius Monachis <sup>in</sup>  
<sup>virtute sanctæ Obedientiæ</sup> præcipimus , né quis illorum cuiuscun-  
 que status , gradus , aut dignitatis sit , per se , aut per interpositam  
 personam , fauorem , auxilium , vel iuuamen quomodolibet im-  
 pendat , ad hoc ut Monasterium aliquod à prædicta Congrega-  
 tione separetur , & a Generali independens per se singulatum  
 regatur .

A

3. Quod

3. Quod si aliquis secus fecerit, in sententiam ex communicationis, priuationemque cuiuscunque dignitatis, gradus, officij, & beneficij, in Ordine obtenti, & inhabilitatem quodlibet aliud in posterum obtainendi, ipso facto incurrat, & alijs insuper poenis corporalibus arbitrio Generalis infligendis plectatur.

4. Ut autem predicta Congregatio secundum prefatas Pij Bullas inter alias sacri Benedictini Ordinis proprio nomine gaudeat, nuncupetur deinceps, CONGREGATIO MONACHORVM NIGRORVM SANCTI MARTINI TIBANE NSIS REGNORVM PORTVGALLIAE.

## CAPVT SECUNDVM.

### *De ordine Monasteriorum, & numero Monachorum cuiusque.*

1. **C**V M corporis ordinata compositio ex membris, & capite resultet, de Capite primum agentes, Monasterium Sancti Martini Tibanensis totius nostrae Congregationis caput & Reuerendissimum Patrem Generalem eo ipso Domum Abbatem illius instituimus.

2. Quod si Capitulo Generali commodius aliquando visum fuerit, Monasterium S. Benedicti Olyssonensis caput creare, illique Generalatum annexare, ipso facto Monasterium Tibanense primum locum in Choro dextro deinceps obtineat.

3. Cetera vero Monasteria tanquam membra, ipsorumque Prelati subsequentem ordinem seruent inter se.

## CHORVS DEXTER.

**I**N Choro dextro primum locum teneat Monasterium Sancti Benedicti Olyssonensis.

2. Monasterium S. Benedicti Portucallensis.

3. Monasterium S. Mariæ de Pombeiro.

4. Monasterium S. Andreæ de Rendufe.

5. Monasterium Saluatoris de Paço de Souza.

6. Mon-

6. Monasterium S. Ioannis de Pendorada.
7. Monasterium Saluatoris de Ganfei.
8. Monasterium S. Mariae de Caruocero.
9. Monasterium S. Ioannis de Arnoya.
10. Monasterium S. Mariae de Admiranda.

**CHORVS SINISTER.**

- I**N Choro sinistro primum locum tencat **Collegium Sancti**  
Benedicti Coimbricensis.
2. Monasterium S. Thyrsi de Riba d'Aue.
  3. Monasterium S. Michaelis de Refoyos.
  4. Monasterium Saluatoris de Trauanqua.
  5. Monasterium Scallabitanum.
  6. Monasterium S. Romani de Neiuia.
  7. Monasterium S. Michaelis de Bostello.
  8. Monasterium Saluatoris de Palme.
  9. Monasterium S. Martini do Couto.
  10. Monasterium S. Ioannis de Cabañas.

4. Monasteria alia quæ denuò progressu temporis fuerint  
extructa, & erecta, sedem, ac locum habebunt prout maior suf-  
fragiorum pars in Capitulo Generali decrenerit.

5. Similiter etiam certus Monachorum numerus pro sin-  
gulis Monasterijs in Capitulo Generali quolibet triennio desig-  
netur, attentis redditibus annuis cuiusque, ipsorumque applica-  
tionibus secundum occasiones occurrentes, ac temporum vicis-  
tudines. Porro is tantum Monachorum numerus in unoquoq;  
constituatur, qui ita commodè sustentari possit, ut unus, vel al-  
ter superaddi queat, si fuerit opus.

6. Specialiter autem statuimus, ut in Monasterijs, quæ inter  
minora hactenus sunt computata, in Monasterio scilicet Sal-  
uatoris Ganensis, S. Romani de Neiuia, Saluatoris de Palme,  
S. Mariae de Caruocero, S. Ioannis de Arnoya, S. Ioannis de  
Pendorada, S. Martini do Couto tredecim saltem Monachi  
deinceps resideant, ut regularis disciplina in eis perfectius ob-  
seretur.

**CAPV T III.***De triennali regimine Congregationis.*

**Pij Quinti Regiminis, &c.** 1. **P**ontificijs decretis & obsequentes volumus, & assentimur, vt hęc nostra Congregatio per Generalem, Abbatēs, Diffinitores, ac Visitatores triennales gubernetur.

**Sixti Quinti in iunctum,** 2. Ut autem hoc triennale regimen indesinenter perficeret, statuimus vt Monachorum nemo cuiuscunque status, gradus, aut conditionis sit, per se, vel per interpositam personam in aliqua ex p̄diciis dignitatibus perpetuitatem ambire, seu quomodolibet procurare, aut etiam sp̄tē a Congregatione oblata acceptare presumat: alioquin in sententiam Excommunicationis ipso factō incurrat, priuatusque maneat voce actiuā, & passiuā, & qualibet si eam habuerit, dignitate, simulque inhabilis ad quancunque aliam in posterum obtinendam, p̄enitē item corporalibus arbitrio Generalis imponendis senere puniatut.

**& Dist. 83. Consentire.** 3. Volumus pr̄terea, vt eisdē p̄enitē subiaceat Monachus quacunque dignitate pr̄fulgeat, qui tentatam perpetuitatem refuerit, & de ea tanquam de criminē bonum commune hędente Reuerendissimum Patrem Generalem certiorē non fecerit, & Consentire enim videtur erranti qui ad resecanda quae corrigi debent, non occurrit.

4. Porro si Generalis ipse sit qui ad perpetuitatē adspiret Monachus qui id nouerit, sub eisdē p̄enitē Diffinitorem primū certiorē faciat, & ille statim, sub p̄dicia censura, ceteros Diffinitores, Visitatoresque conuocet, qui simul congregati remedii oportuniſ occurrant, p̄diciisque p̄enitē, & alijs, si fuerit necesse, plena auctoritate, & iurisdictione, totius Congregationis nomine, perpetuitatis audaciam refrēnent.

5. Quid si pecuniarum expensis opus fuerit, Patres sic congregati a singulis Monasterijs eas poterunt exigere proportio- nata distributione redditibus cuiusque, Abbatesque & Monachi, in ijs, quae pr̄cepterint ad p̄diciam perpetuitatem cohēdam obedire tenebuntur.

## C O N S T I T U T I O II.

## De Capitulo Generali.

## C A P V T I.

De Tempore, & loco quo Capitulum  
Generale celebrari debet.

Acris <sup>a</sup> Canonibus, & mandatisque Apostolicis  
obtemperantes statuimus, vt singulis quibusque  
triennijs Capitulum Generale in Congregatione  
nostra celebretur.

<sup>a</sup> Cap. 73  
singulis ab 7. ann.

<sup>b</sup> Pij, in eis  
ministris,

2. Prima dies celebrationis eius, erit tertia mensis Maij, in qua festum agitur Inventionis Sanctæ Crucis: locus verò, illud erit Monasterium quod maior suffragantium pars in ultima sessione præcedentis Capituli commodiùs iudicauerit.

3. In Vigilia igitur prædicti diei ab hora Vesperrina, & deinceps, Vocales infrà nominandi in Præfatum Monasterium congregentur, nullusque aduentum suum procrastinet, aut designatum diem anteuerterat.

4. Diffinitores solum, ac Visitatores triduo ante ipsam primam diem Capituli cum Reverendissimo Patre Generali in prædictum Monasterium conueniant, vt simul congregati designent Monachos omnes, qui iuxta dispositionem Iuris, non strarumque Constitutionum, in ipsa prima die Capituli inuenti fuerint habiles, vt in albo voce pauciua gaudentium ascribantur, illorumque nomina typis mandare carent.

5. Ne quis autem vocem passiuam habentibus ante statem legalem annumeretur, aut post illam prætermittatur, præcipimus vt singuli Monachi, qui Capituli Generalis tempore vigesimum Religionis annum tetigerint, authenticò testimonio de hacestate sua certiore faciant Reverendissimum Patrem Generalem.

<sup>c</sup> Cap. 73. f. 2.  
gulis, ab 7. ann.

6. Vnde nullus eligēdorum catalogo apponatur, quin prius de legali, seu Monachali estate illius, ac (si fortē defectum patitur natalium) de legitima dispensatione huiusmodi impedimenti, certō constet.

7. Nullus item ab anno 626. inclusiūē receptus, & in postrem recipiendus, in prædicto catalogo incipiat apponi, nisi vel sacras literas didicerit, vel saltēm lectionibus casuum moralium in nostris Monasterijs habendis, per quinquennium saltēm eum operam dedisse constet.

8. Cum ergo præfinita die Patres Vocales ad Monasterium Capitulare peruererint, (si Interamnense fuerit) famuli in proprias domos reuertantur, exceptis Olyssipponeislibus, Scallabitanis, & Conimbricensibus, qui remaneant, victumque eis, ac burdonibus suis, toto Capituli interstitio detur.

9. Sumptus autem eiusdem Capituli octo vel decem dierum spatio, plus minūsve celebrandi à communi Congregationis deposito, vel iusta per Monasteria distributione secundum ipsius Capituli Generalis dispositionem, suppeditentur.

## CAP VT SECUNDVM.

### *De Vocalibus in Capitulo Generali congregandis.*

1. **A**D Capitulum Generale celebrandum, confluunt pri-  
mō Reuerendissimus Pater Generalis, Abbates, Dif-  
finitores, ac Visitatores actuales.

2. Accedent etiam secundō, cuncti Reuerendi admodūm  
Patres, qui anteactis triennijs Generalis officio functi sunt.

3. Ex Magistris item Theologie quotquot fuerint professores in Academia Conimbricensi, siue actu Theologicas Cathedras moderentur, siue iam sint emeriti, vel (vt aiunt) iubilati.

4. Ex ceteris Lectoribus secūdūm has Cōstitutiones (prout  
inferiū dicetur) iam emeritis quatuor similiter Vocales erunt.  
Qui numerus hoc ordine perficietur: *Primō*, ex Lectoribus  
emeritis, qui alias Magisterij insuper in sacra Theologia gradu  
fuerint insigniti, *Secundō*, si huiusmodi Magistri quaternarium

non attingant, vel nulli tales existant, complebitur numerus ex alijs Lectoribus emeritis in Lubilatione antiquioribus. Quod si tertio plures fuerint coequalis in M. gisterij dignitate, vel simultanei in Lubilatione, praecedent ad predictum numerum complendum, seniores secundum habitus susceptionem.

5. Vocales item erunt ex Prædicatoribus generalibus (de quibus & infra) duo antiquiores, qui nimirū prius compleuerint & Libr. 2. annos ad titulum Prædicatorum generalium requisitos. Quod Constit. 2. si aliqui simul tempore eos compleuerint, seniores in Religione cap. 6. praecedant.

6. Socius denique, ac Secretarius Reuerendissimi Patris Generalis, & ex Magistris Nouitiorum, qui duodecim annos magisterij compleuerint.

7. Hos omnes Patres ad celebrationem Capituli Generalis, tempore dieque prædicto ex vi huius nostræ Constitutionis accessitos esse volumus.

8. Si quis autem Abbas, Diffinitor, aut Visitator iusto impedimentoo <sup>b</sup> detentus Capitulum adire nequeat, literas mittat, placuit. que impedimenti rationem, seu qualitatem iure iurando firmat tam contineant, & Monachum dignum, atque idoneum <sup>c</sup> pro. propter. elect. curatorem suum constituant (sive ille de corpore Capituli sit, sive non) cui in literis manu propria signatis vices suas committat ad suffragandum, subscribendum, ac cetera omnia nomine suo peragenda, que in Capitulo Generali geri solent, ac possunt sub forma harum Constitutionum annotata. Quibus literis exhibitis, & in Capitulo perfectis, si legitimæ fuerint, Procurator ille inter Vocales recipietur in eodem loco, ac gradu absentis, cuius personam gerit (nisi ex alio forsan capite locum habeat praestantium).

9. Ad huiusmodi Procuratoris munus subeundum inhabiles erunt Priors Monasteriorum, & omnes alij qui saltem ad vigesimum Religionis annum non peruererint.

10. Porro si prædicti absentes & ceteri literas testimoniales de legitimo impedimento non miserint, Capitularium arbitrio puniantur: si autem Procuratorem non subrogauerint, prædicta forma seruata, non ideo ipsius Capituli celebratio moram patiatur, subsistat, aut retardetur, sed cum alijs, qui præstò adsunt (iuxta iuris & dispositionem feliciter perget.) Abbates vero <sup>d</sup> Cap. cam illi inter.

*Cap. cum  
nebis.*

illi legitimè impediti proprium Monasterium gubernent, ut anteā, sub titulo Præsidentium à prima die Capituli, & deinceps usque ad electionem, & possessionem noui Abbatis.

11. Illud idem præabit Reuerendissimus Pater Generalis si forte extra Monasterium in quo Capitulum celebratur, iusto impedimento fuerit detentus, Procuratorem enim eligit iuxta superius dicta, qui in Capitulo personam illius referat, non quatenus Generalis est, sed quatenus Abbas Monasterij primatis, vocemque habeat locum, ac sedem à Choro dextro primus inter Abbates.

12. Visitator autem primus in huiusmodi euentu substi-  
tuet vicem Generalis absens, & impediti, ad præsidendum in  
Capitulo, sicut præst defuncto Generali (prout & inferius dice-  
tur.)

13. Cæteri Vocales, prædictis exceptis, et si iusto detineantur  
impedimento, cum non tam de iure, quam ex gratia personali  
Vocales sint, Procuratorem non esigunt, sed literas tantum ex-  
cusatorias mittent.

14. Ultimò tandem statuimus, prout iam olim sanctum  
est, & secundum specialē b concessionem Pauli Quinti, qua etiā  
gaudet nostra Congregatio, quod de cætero non eligantur Pro-  
curatores Conuentuum, ut ablatis omnino inquietudinum oc-  
casionibus, quæ communiter ex electionibus oriuntur, fernen-  
tiū Deo seruiani, & maiori cum charitate sibi inuicem Mona-  
chi corraspondeant, & quietius vivant, suas tamen petitiones  
dirigere poterunt ad Capitulum, & alia de quibus infrā cap. 8.

### CAPVT TERTIVM.

*De ordine inter Capitulares  
seruando.*

1. **V**T omnis ubique tollatur confusio, in quocunque Re-  
gulari actu in quem Patres Capitulares conuenerint  
hunc ordinem inter eos, quoad sedendum, loquendum, ac sub-  
fragandum seruari præcipimus.

2. *Pris*

*b In iunctū.  
Dat am Ro-  
mæ i. x. De-  
cemb. anno  
1611.*

*z Constit. 4.  
cap. 1.*

2. Primum ac præcipuum locum teneat vbi cunque Reuerendissimus Pater Generalis. Post eum à dextris, & à sinistris seriatim sequantur Abbates secundūm ordinem Monasteriorum, Constitutione prima præscriptum. Post Abbates immediatè sedeant Generales præteriti per choros vtrinque distributi, regulari inter eos antiquitate seruata.

3. Immediate post à choro dextro sedeant Diffinitor primus, Visitator secundus, Diffinitor tertius, & Diffinitor quintus. A choro verò sinistro, sedeant Visitator primus, Diffinitor secundus, & Diffinitor quartus.

4. Infra Diffinitores locum habeant Magistri in Theologia seruata inter eos Monachali cuiusque antiquitate; sim liter post illos Lectores Emeriti, qui non fuerint in Theologia Magistri; Deindè à Choro dextro Socius Reuerendissimi, & à choro sinistro Secretarius, ultimò tandem Prædicatores generales, & Magistri Nouitiorum.

5. Reuerendissimus qui Generalis esse desinit postquam veniam petita munus suum deposuerit, ante omnes Abbates à Choro dextro sedebit, & tunc temporis quandū Generalis alter non fuerit electus, Diffinitor Primus primum, præcipuumque locum tanquam Præses Capituli obtinebit vbi que. Ceteri verò Capitulares, postquam ab officijs suis fuerint absoluti, sedebunt infra alios, qui designatum locum habent, monachalem antiquitatem seruantes inter se.

6. Si Reuerendissimus, aut Diffinitor Præses Capituli non potuerit aliquoties a cibis Capitularibus interesse, sessionibus eiusdem Capituli, in Refectorio similiter, & Choro præterit Diffinitor ceteris antiquior secundūm ordinem electionis sue.

7. Iuxta hunc igitur ordinem à Secretario Reuerendissimi tabella affigatur ostio Refectorij, vt suus cuique gradus innotescat; & ad calcem illius, vel in alia tabella minori Ministri quoque Capituli designentur, nimirūm Hebdomadarius, Legator, Seruitores, & Ostiarius.

8. Hebdomadarius Capituli Sacerdos erit, ad cuius officium pertinebit mensan Capitularēni bened. cere, & in fine gratias agere, cum Versibus, ac Orationibus solitis, Missamque quotidie celebrare pro felici ipsius Capituli progressu (prout in sequenti Constitutione dicetur.)

9. Lector Capituli Monachus erit gratus, ac sonore vocis, qui sanctam Regulam hora prandij, in cena verò Constitutio-nes has ordinatim legat. Seruitores, quatuor erunt Monachi alacres, ac seduli, qui mensa Capitulari ministrent diligenter, & expedite.

10. Ostiarius denique Capitali Monachus erit iunior, qui domum ipsam Capitularem, mensamque Diffinitorij preparet; ad latus quoddam eiusdem Altare erigat, decenterque adornet: ad sessiones Capituli signum faciat; & quandiu Patres Capitu-lares fuerint congregati, propè fores Capituli forinsecus assi-stat, ut vocatus statim accurrat, & mandata diligenter exequatur; in mensa Diffinitorij ponat tintinnabulum, papyrus, atra-mentaria, calculos, seu phæcoleos albos, ac nigros, parataque habeat omnia ad suffragandum necessaria, schedulas nimurum capsulas, seu vascula, in quibus vota excipiuntur.

## CAPVT QVARTVM.

### *De rebus prohibitis, ac permissis Capitularibus.*

1. Interdicimus primò omnibus, ac singulis in Capitulo congregatis, ambitiosas quasque suffragiorum procura-tiones, seu negotiations in fauorem sui, aut aliorum sub poenis contra subornatores & inferius prescriptis.

2. Prohibemus etiam secundò sub precepto, ac virtute san-ctæ Obedientiae, ne aliquis Capitularium alterius cellam ingre-diatur. Conuentuales item Capitularium cellas sub eodem pre-cepto minimè ingrediantur, aut vice versa, exceptis ministris ad eotum seruitum deputatis.

3. Lecta quoque, & ipsi cellarum parietes nullo apparatu ornentur, sacris imaginibus exceptis; unde Reuerendissimus in Vigilia Capituli, cellas omnes visitet, curetque ut omnia in eis necessaria sint, & munda, nihil tamen mundi fastum, sœcula-remvè cultum, sed monasticam potius paupertatem redoleat.

4. Sacrum quotidiè, seu frequentè Capitulares facere stu-deant; ferijs secundis, & quartis, carnisibus non vescantur; ad cō-mune

Libr. 3.  
Constit. 6.  
gap. 3.

mune Refectorium accedant: conuentuali flagellationi intersint: silentium temporibus suis ne violent: cum hospitiis absq; Præsidentis licentia minimè colloquantur, in cunctisque alijs ita se gerant, sicut eos decet, qui aliorum reformationi, vt exemplar & magistri incumbunt, quæ omnia strictè præcipimus, vt Reuerendissimus, Præsesque Capituli obseruent, & faciant obseruari.

5. Prohibemus denique tūm Capitularibus, tūm etiam Cōuentualibus, & hospitiis illius Monasterij in quo Capitulum celebratur sub præcepto *virtutis sanctæ Obedientia, pœnaq; ex-communicationis ipso factō*, sub priuatione quoque vocis actiūz, ac passiūz, vt nec habeant, nec secum deferant arma toto tempore Capituli: nec item secum deferant cultellos, seu gladiolos, vel aliud simile instrumentum, quo aliquis lædi solet, ac offendi.

6. Permittimus vt Capitulares toto tempore Capituli alijs confiteri possint, vel si malint, Confessarijs eiusdem Conuentus, in quo Capitulum celebratur. Si verò in suis Confessionibus aliquid occurrat ratione cuius facultas superioris requiratur, à Reuerendissimo petetur, vel à Diffinitorie Præsidente, quandiu Generalis non fuerit electus.

7. Porro vt omnis ambiguitas in foro conscientiæ tollatur ex casibus communiter reseruatis, duos tantum reseruatos esse volumus respectu Capitularium quandiu in Capitulo fuerint congregati. Vnum est malitiosum impedimentum, aut retardatio, aut apertio literarum ab inferioribus ad superiores, vel superiorum ad inferiores. Alterum est iuramentum falsum in iudicio regulari, seu legitimo.

8. Permittimus, vt Capitulares qui pecunias in expensas tulerint, eas secum retinere possint toto tempore Capituli. Quod etiam permittimus in omnibus Congregatiunculis Diffinitorij singulis Patribus, qui ad eas conuenerint, similiterque, vt ad iuicem confiteri possint, quandiu ibi fuerint congregati.

9. Hospites tempore, & loco Capituli superuenientes non facilè (absque defectu tamen charitatis, & urbanitatis) recipi-antur, nec ad interiora Monasterij absque licentia Reuerendissimi, vel Diffinitoris Præsidis admittantur, nec Monachi absq; prædicta licentia à Monasterio exeant.

## CAPVT QVINTVM.

## De agendis prima die Capituli.

1. C ongregatis iam suprà nominatis Patribus , prædicta die Inventionis S. Crucis , vt omnia feliciter dirigantur Diuini numinis auxilium specialiter præ cunctis inuocadum est . Proindèque decernimus primò vt omnes , ac singuli de gremio Capituli ipsa die Missæ sacrificium offerant pro prospero illius successu , ac totius Religionis augmento . Ideinque faciant Sacerdotes Conuentuales , qui alias impediti non fuerint .

2. Hora deinde competenti solemniter in Ecclesia Tertia cantetur , & post eam Procesio immediate fiat , ad quam Capitulares omnes conueniant : duoque primum in ea cantentur Responsoria , vnum de Spiritu Sancto , de Sancto Patre Benedicto alterum , deinde *Magnificat* , *Laudate pueri* , &c. & in fine dicantur Versus , & Orationes , quæ in fine harum Constitutionum pro huiusmodi actione assignantur .

3. Finita Processione , Missa de Spiritu Sancto solemniter cantetur , quam Reuerendissimus celebret , & offerat pro intentione prædicta cum duplice commemoratione , vna de Inventione Crucis , altera de S. Patre Benedicto . Inter Missæ solemnia habeatur Concilio , similiterque in cæteris diebus festis , ac Dominicis occurrentibus . Conclaves autem huiusmodi inter seniores Prædicatores Ordinis celebrioribus , ac magis idoneis ante menses aliquot Reuerendissimus commendare me-minerit .

4. Statuimus præterea , vt ipsa prima die Capituli in cæteris Monasterijs Congregationis nostræ hora Missæ Conuentualis , seu de Tertia , cantetur Missa de Spiritu Sancto pro eadem intentione cum commemorationibus Beatae Virginis , & Sancti Patris Nostri Benedicti . Missa verò Conuentualis de Cruce ab Hebdomadario sine cantu dicatur ; singulisque diebus quadriù Capitulum constiterit , finita Prima in omnibus Congregationis nostræ Monasterijs fiat conuentualis commemratio , in fine Constitutionum assignata .

5. Eadem die hora secunda post meridiem fiat signum ad Primam sessionem Capituli Ostiario illius nouem ictibus maiorem campanam feriente, statimque tum Vocales, tum etiam Conventuales Monasterij in Choro inferiori congregentur, atque ibi ad primum Versum, genua flectentes, cantent Hymnum, *Veni Creator Spiritus, &c.* alternante organo, illoque finito, Reuerendissimus cantet Versus, & Orationes, de quibus supradicatis.

6. Immediatè tendant Vocales ad domum Capituli (Conuentus verò interim Vespertas recitat) quibus per ordinem sedentibus, Secretarius alta & intelligibili voce legat huiusmodi caput ab hoc numero 6. usque ad finem (quod in similibus obseruari statuimus, ita ut quotiescumque ex præcepto harum Constitutionum aliquid fuerit faciendum, prius quam fiat, legatur forma, sub qua fieri præcipitur.)

7. Deindè perfecto capite, sermunculum faciat Reuerendissimus, in quo Patrum Capitularium aduentum gratuletur, illosque exhortetur, ac moneat, ut omnem prauum, & inordinatum affectum amoris, aut odij, proprij commodi, aut zeli amaritudinis refecantes, honorem, & obsequium Dei intendant, iustitiae & restitutionem seruent, Religionis profectum, bonumque communem præ oculis habeant, tum in electionibus faciendis, tum etiam in ceteris à Capitulo tractandis.

8. Huiusmodi exhortatione finita, si quæ fuerint Epistolæ excusatoriarum Capitularium absentium coram omnibus legantur ut publicè de impedimento constet: literæque procuratoriarum legitime sint, & formales expendantur.

9. Designabit deindè Reuerendissimus tres causarum Iudicēs (de quorum officio infra dicetur) eisque iuramentum præstabit, ut munere suo fideliter, ac iuste fungantur.

10. His ita peractis, finietur hæc prima sessio Reuerendissimo dicente Verso. *Sit nomen Domini benedictum, ceterisque respondentibus, Ex hoc nunc, & usque in seculum.* Qui Versiculos in fine omnium sessionum dicetur; immediatèque Vocales in Ecclesiam redeant, ut Conclusionibus Theologicis intersint.

11. Statutus enim, ut in singulis Dominicis, ac Festis constante Capitulo Conclusiones habeantur. Earum verò defensores, ac Praesides, non quicunque, sed quales pro actionibus publicis

blicis decet, quique melius satisfacere valeant arguentibus.  
à Reuerendissimo elegantur. Ijs autem de necessarijs ad eundum, & redeundum, & ad Conclusiones typis mandandas prouideatur de expensis pro celebratione Capituli assignatis. Idē statuimus de Prædicatoribus ipsius Capituli, nisi alias Capitulares sint.

12. Ne autem aliquis ignorantiam, aut obliuionem legum  
prætendat, Secretarius in fine huius primæ sessionis Constitu-  
¶ Lib. 3. Cō-  
tit. c. 3.  
tionem & pœnalem contra subornatores, & eos non reuelantes  
transcriptam, & à Reuerendissimo sublignatam præ foribus  
Capituli affiget.

## CAPVT SEXTVM.

### *De ordine, ac forma prosequutionis Capituli.*

1. **V**arta die Maij uno quadrante ante horam septimam factō signo ad secundam, & matutinam sessionem exiet statim Hebdomadarius Capituli ad celebrandam Missam de Spiritu Sancto cum commemorationibus Beatæ Virginis, & S. Patris Benedicti in Altari, quod in eodem Capitulo paratum erit, & ornatum. Eamque offeret pro supradicta intentione. Idem faciat singulis sessionibus matutinis, huiusque Missæ sacrificio omnes Vocales adesse current.

2. Finita Missa, genibus flexis, recitetur Antiphona, *Veni Creator Spiritus*, & Reuerendissimus dicat Versus, & stans Orationes & prenotatas: quod in principio singularum sessionum obseruetur.

3. Omnibus deinde confidentibus, priùsquam alia tractentur, elegantur Iudices inhabilitatum modo quo infrā cap. 7.n.2. Postea verò Secretarius coram pleno Capitulo ex ordine legat singulos Monasteriorum Status (de quibus infrā) ut publicè innotescat cuiusque Abbatis regimē. Qui Status Generali recens electo postea tradantur. Interim verò Iudices inhabilitatum muneri suo inçumbant (prout sequenti capite dicetur.)

¶ Statis,

4. Statibus perlectis, electio Relatoris, seu Secretarij Capituli immediate fiat secundum formam, quæ infra Constitutione tertia assignatur. Qui, iuramento accepto, munus suum statim obire incipiat.

5. Deinde Diffinitor primus, quatuorque alij Diffinitores Consiliarij sigillatim eligantur, omnibusque electis, cuncti simul à Reuerendissimo iuramentum accipient; quo præstito, surgat Reuerendissimus, prosternat se in medio Capituli, humiliterque veniam postulet de negligentijs, ac defectibus commissis in functione muneric sui; cui Diffinitor primus (seu illo absente) ceteris antiquior loco ipsius Generalis sedens, pro laboribus præteritis in regimine Congregationis exantlatis grates breuitè persoluat; & nomine suo, viceque omnium benignè veniam indulget, Psalmum *De profundis, &c.* pro satisfactione imponens; Atque deinceps Capituli Præsidem agat (prout infra dicitur Constitutione sexta) & à Secretario Sigillum Congregationis accipiat.

6. His peractis, tractetur de Residentia, seu syndicatu Officialium Congregationis (iuxta ea quæ sequenti capitulo octavo dicenda sunt.) Qua finita, agatur *primo* de ijs, quæ ad Reformationem, & rectam gubernationem spectant, siue toti Congregationi communem, siue alicuius Monasterij specialem, singulique Vocales ordine suo proponant, quæ quisque reformanda, emenda, prohibenda, præcipiendavè fore iudicauerit. *Secundo loco* legantur aduertentia, siue (vt aiunt) memorialia, quæ absentes Monachi miserint ad prædictam reformationem attinentia. *Tertio*, literæ, querelæ, petitiones, siue postulata tūm Monachorum, tūm secularium, quæ plenariam Capituli assistentiam requirant, reliqua Diffinitorio possunt committi.

7. Præcipimus autem, vt his omnibus Præses Capituli per suffragia Vocalium satisficeri iubeat. Priusquam verò aliquid diffinitiuè decernatur, poterunt Vocales conferre inter se, rationesque adducere pro vna, vel altera parte, prout unusquisque melius iudicauerit, quibus auditis, id quod tandem in re proposta facié dum, vel obseruandum sit, non nisi cunctis per phænos albos, ac nigros suffragantibus concludatur.

8. Ut autem omnia liberiùs fiant, si quid in Capitulo pleno vel Diffinitorio agitur quod ad Monachum præsentem, siue ad cognata.

cognatum suum præsentem, vel absentem speetet, huiusmodi Monachus à Capitulo, vel Diffinitorio egrediatur, dum negotium illud discutitur.

9. Cùm aliquid graue tractandum occurrerit (vt omnia prudenter agantur) cogitandum solummodo prius, atque perpendendum in vna sessione proponetur, in altera vero sequenti, non repentinis iam, sed præmeditatis suffragijs diffiniatur.

10. Quarto tandem omnes Definitiones Capituli præcedentis, quæ in viridi fuerint obseruantia, coram omnibus legantur, & si aliquid mutandum, delendum, vel iuxta temporis exigentiam de novo diffiniendum fuerit, mutetur, deleatur, aut diffiniatur, & quæ intacta remanserint expressis verbis denuò confirmetur: ita vt inter Capitulum, & Capitulum unus tantum sic & vigeat Definitionum codex, quilibet autem Diffinitio, quæ in eo expresse non fuerit exarata, nullius sit roboris, ac vigoris.

11. His ita peractis, & expeditis, Generales, Visitatores, & Diffinitores anteacti, vel alij quicunque Iudices, seu Commissarij igne cremabunt omnes suarum Visitationum denunciations, omnesque culparum codices, sive processus; in quibus iam definitiva sententia fuerit prolata, cui Reus ipse cōsenserit, alioquin reseruentur. Reseruentur quoque sententiæ illorum criminum, quæ secundò, aut tertio commissa, duplicata, seu triplicata habent pœnam: sententiæque ciectorum ab Ordine, si qui forte fuerint expulsi, &c.

12. Deinde Præses Capituli omnes ministros Congregacionis præcedentis triennij à dignitatibus, & officijs suis absolutos esse pronuntiet. Tunc Abbates, Diffinitores, Visitatores, Socii, ac Sectetarii Reuerendissimi prosternant se, & humiliter de negligentijs commissis sigillatim veniam petant. Quibus Præses Capituli respondeat: *Dominus parcat vobis, dicite De profundis.* Et huiusmodi Psalmus ab illis genibus flexis, alternatim recitato, surgant omnes, ac sedeant.

13. Procedatur statim ad electionem Visitatorum, deinde ad electionem Reuerendissimi Generalis, qui electus iuriurandum accipiat, fideiisque profiteatur (prout infra Constit. 3. cap. 5.) ac tandem in Ecclesiam processionaliter ducatur, fiantque cetera, quæ Constit. 5. cap. 1. assignantur. Sequatur postea electio Abbatum singulorum Conuentuum, seruato cuiusque antiquitate.

tatis ordine, electio Socij, & Secretarij Reuerendissimi, Procuratorum Curialium, Regentis, atque Lectorum, Magistri Nouitorum, & Prædicatorum nobiliorum Conuentuum, prout suis locis annotatur.

14. Omnibus iam electionibus peractis, habilitentur electi à Reuerendissimo, & confirmantur (prout infra Constit. 3. cap. 3. & 6. numer. 1. & sequentibus).

15. In ultima tandem sessione designetur Monasterium pro venturo Capitulo Generali celebrando, legantur a & a Capituli, ceteraque omnia, quæ vel de nouo sunt definita, vel recepta, & ab omnibus Vocalibus subscribantur. Cantetur ultimò Missa pro gratiarum actione, atque ea finita, Reuerendissimus Prælator exhortetur breuitè, ceterosque admoneat, ut vnuquisque ministerium suum impleat: benedictionem omnibus impendat: & data huiusmodi benedictione, Capitulum tandem soluatur.

## CAPVT SEPTIMVM.

### *De habilitatione suffragantium.*

1. **E**lectiones omnes sincerè fieri a canonicasq; sanctiones circa electores obseruari cupientes, statuimus, vt in ipso statim Capitulo initio de habilitatione Capitularium in ordine ad vocem habendam tractetur, ne fortè inhabilium impunitas, inhabilitatum paret contemptum,

2. In secunda igitur sessione Capituli tres ex gravioribus Vocalibus canonica electione, eligantur Iudices inhabilitatiū, & deinde tres alij, de quorum officio statim dicetur, electique iuslurandū accipiunt, vt suo recte fungantur munere. Interimq; dum Status Monasteriorum coram Capitulo leguntur, in locum secretum tres illi primū electi conueniant, & singulos Vocales ordine suo per Monachū designatum accersant, antiquiorq; singulis, iuramento præstito, hanc solum faciat interrogationē.

† Scis nè aliquem ex Capitularibus, per se, vel per Procuratorem suum presentibus inhabilitatem ad suffragandum, aut priuationem vocis actiua ab ultima visitatione, usque ad hodiernam diem, ratione aliqua incurrisse?

3. Quid verò singuli ad interrogata responderint junior Iudex scribat.

Eligere nō possunt excommunicatū excommunicatio maiori.

Cap. se celebret de clericis excommunicatis.

Suspensi ab officio, cap. Cum dilectus de consuetudine.

Interdicti c. Cum inter. Celebratē in loco inter dicto, & irregularib; cap. Is qui, de fētent. excō. in 6.

Incurrētes priuationē vocis actiua

4. Deindè testimonij singulorum Vocalium acceptis, coram omnibus inquisitio facta legatur, & expendatur. Quod si aliquis culpabilis fuerit inuentus, eo prius pro defensione sui inscriptis auditio (vt mos est) usque ad sententiam definitiā ab ipsis efformandam iuridicē procedatur.

*a Cap. sus-  
septis.*

5. His peractis, prædictaque inquisitione finita, Iudices ad Capitulum accedant, & iubente Reuerendissimo, si aliqua fuerint inhabilium sententia, coram omnibus à Iudice antiquiori b. promulgentur. Si vero nullæ, Iudex ipse nomine suo, & alio-

*b Cap. cum  
ab uno.*

rum pronunciet neminem fuisse repertum inhabilem ad suffragandum; & antequam huiusmodi testimonium, votorumque qualificatio præcedat, nulla celebretur electio.

6. Ne autem tres illi Iudices ad prædictam inquisitionem faciendam deputati ab ea omnino liberi, & exempti videantur, præcipimus, vt si quis nouerit eos inhabilitatem aliquam incurrisse, tribus alijs Iudicibus secūdarijs, sive secundō (vt suprā) electis denunciet, indicans antiquiori illorum se aliquid habere denunciandum, statimque Iudex ille socios suos conuocet, & in simul congregati denunciationem attinent, iuridiceque deinceps in omnibus procedant.

7. Statuimus præterea quod prædicti Iudices cognoscant etiam de subornationibus, quæ in progressu Capituli ante electionem alicuius officij prouidendi acciderint. Illas enim quas aliquis nouerit post electionem factam, si eas secundum ius potuerit denunciare, Reuerendissimo reuelare tenebitur antequam electus confirmetur.

8. Præcipimus tandem in virtute sanctæ Obedientie, & sub pena Excommunicationis ipso facto, prædictis Iudicibus, vt in ijs, quæ ad suum iudicium fuerint allata, secretum seruent, & minimè reuelent, eo modo, quo Visitatoribus præcipitur infra Constit. 6. cap. 3.

## CAPVT OCTAVVM.

### *De syndicatu, sive residentia Ministrorum Congregationis.*

4. V illi qui magistratum in Religione gerunt, suis attentioniis fungantur officijs, & ne temere leges violent, aut potesta-

potestatis sue limites transiliant, scientes se rationem redditum  
ros esse ministerij sui, debitoque suppicio plectendos, si illud  
iniuste, & culpabiliter exequantur, statuimus, ut ubi primum Re-  
uerendissimus Generalis, petita venia, munus suum deposue-  
rit, statim in prima sessione sequenti, ceterisque deinde neces-  
sarijs quinque Diffinitores denuo electi insimul congregentur,  
ut inquirant de Generali, Socio, & Secretario, Diffinitoribus, ac  
Visitatoribus precedentis triennij, Commissarijsque aliquarum  
Visitationum, qui nimis ex commissione superioris,  
Monasterium aliquod forte visitarunt.

2. Si vero aliquis absens electus fuerit Diffinitor, ne actus  
Capitulares differantur, Vocales non syndicandi alterum Ca-  
pitularem alias habilem eligant, qui vicem illius in hoc syndi-  
catu suppleat, & ultimus sedeat inter electos. Similiterque fiat  
si Commissarius aliquis, electus fuerit Diffinitor.

3. Congregati igitur in mensa Diffinitorij cum Relatore,  
omnes ac singulos Capitulares in catalogo descriptos ex oratione a Cap. XXVII  
dine accessiri iubantur, singulisque iuramento a prestito, Dif-  
finitor Preses sequentes faciat interrogations, eas sigillatim  
de verbo ad verbum uniuicuque proponens.

+ Vtrum sciat aliquem illorum, quibus gesti magistratus ratio-  
re posicuit, minus religiose, quam decebat, minus regulariter, ac  
exemplariter vixisse?

+ Vtrum sciat praedictos Diuinum aliquod, seu Ecclesiasticum  
praeceptum, Constitutionem aliquam, seu Diffinitionem muneri-  
bus suis concernentem violasse, aut non adimplesse?

+ Vtrum sciat Reuerendissimum Generalem, aut Visitatores  
in officijs suis nimis severè, remissè, aut iniuste se gesisse? in Visi-  
tationibus suis delicta, illorumque inquisitionem dissimulasse? De-  
linquentes impunitos omisisse? aut aliquem alium excessum, vel  
defectum nota dignum commisisse in cura rerum spiritualium,  
regularis obseruantiae zelo, temporalium administratione, in re-  
ceptione Novitiorum, in Monachorum licentij, egressibus, aut  
mutationibus, in sumptibus, & expensis, alijsque huiusmodi?

4. His ita sigillatim, & formaliter interrogatis, depositiones,  
seu testimonia singulorum Relator in scriptis b) redigat. Deinde  
admittantur etiam omnes alij Monachi, qui de praedictis con-  
queri voluerint, aut aliquod illorum crimen denunciare, seu

<sup>b</sup> præscripta præsentialiter <sup>b</sup> accusare. Absentium tandem literæ legantur  
<sup>a. q. ultima.</sup> de aliquo prædictorum querelas, seu culparum denunciations,  
 ac nomina testium continentis.

<sup>c. Susceptis</sup> 5. Quibus omnibus diligenter visis, & examinatis, culparum  
<sup>c</sup> onera Reis dentur (vt mos est) illorumque responsis, ac satis-  
 factionibus consideratis, & expensis, sententia iuridicè profe-  
 rantur, & in Capitulo pleno publicentur, inflicitis poenis, que in  
 his Constitutionibus fuerint a signata; alioquin Diffinitorum  
 arbitrio designandis.

6. Quanuis autem defectus tales sint, qui sententia iuridicæ  
 formam non requirant, publicè tamen in Capitulo à Diffinitore  
 Præside arguantur, vt omnibus, ipsique iustitiae satisfiat, atque  
 pœnitentia aliqua Diffinitorij iudicio arbitrada illis imponatur.

7. In hac itaque inquisitione, ita procedi volumus, districteq;  
 precipimus, vt non perfunctoriè, sed seriò facta intelligatur,  
 seruataque iustitiae equitate, qui reprehensibiles inuenti fuerint,  
 reprehendantur, qui punitione, & acriori pœna digni, puniatur.

8. Statuimus tandem vt ad nullam electionem celebrandam  
 procedatur quandiu prædicta residentia finita non fuerit. Si  
 autem in ea talia occurrant, vt longam temporis moram requi-  
 rant ad hoc, vt eorum veritas sufficienter probetur, & eluces-  
 cat; decernimus, vt Vocales omnes per phæcoleos albos, ac ni-  
 gros determinent expediatnè ad electiones potius progredi, an  
 residentiam inchoatam priùs finire; quod si plures conueniant  
 in Capituli progressionem; electiones, cæteraque omnia ordine  
 suo fiant: Capitulo tamen finito, statim Diffinitores intermissæ  
 residentiae incumbant, quoisque per sententiam diffinitiuam  
 omnimodè concludatur.

9. Porro vt absentibus etiam fores iustitiae pateant, decer-  
 nimus, vt absentes quoque Monachi, possint apud Diffinitores  
 syndicantes aduersus aliquem ex Patribus prædictis, ius suum  
 postulare, querimonias, & offendiones, si quas habueriat, expo-  
 nere, denunciations culparum illorum facere per epistolam  
 complicatam, & sigillatam, atque manu propria subscriptam,  
 nominatis ibidem testibus, qui præsentialiter, <sup>d</sup> & viua voce  
 possint testimonium reddere. Et huiusmodi literis hæc tantum  
 a tergo apponatur subscriptio. Reuerendis admodum Patribus  
 Diffinitoribus in Diffinitorio congregatis.

<sup>a. 3. q. 9. te-</sup>  
<sup>testi-</sup>

10. Præcipimus autem quibuscumque Capitularibus, quibus  
huiusmodi epistolæ à prædictis Monachis fuerint missæ, vel tra-  
dita, sub præcepto *virtutis sanctæ Obedientia, penaque Excom-  
municationis ipso facto*, vt nec eas accipere renuant, nec accep-  
tas resignent, aut ullo modo legant, sed fideliter coram Diffini-  
torio exhibeant; vbi coram omnibus aperiantur, & si fuerint  
subsignatae, iuridicè illis satisfiat: si verò nomine careant, statim  
rescindantur, nullaque ex vi illarum fiat & inquisitio. Quod si <sup>a</sup> C. Inquisi-  
tionis, de ac-  
cum in scriptis, & absens deponat, inter testes non computetur,  
<sup>cusat.</sup>  
<sup>b</sup> Cap. A na-  
biss qui mate-

## CONSTITUTIO III.

De electionibus in Capitulo celebrandis,  
modo, ac forma illarum.

## CAPUT PRIMUM.

*Quot electiones in Capitulo facienda,  
qualesque Canonicae.*

I. T A T V I M V S , vt in Capitulo Generali, sequentes fiant electiones. Electio Iudicum in-  
habilitatum, electio Reuerendissimi Patris Ge-  
neralis: <sup>&</sup> Abbatum singulorum Conuentuum:  
Diffinitoris, qui primus nuncupatur: quatuor  
aliorum, qui Diffinitores Conciliarij dicuntur: duorum Visita-  
rorum: Socij, atque Secretarij Reuerendissimi: Relatoris, seu  
Secretarij Capituli, ac Diffinitorij: trium Procuratorum Curia-  
lium; Olyssiponensis nempè, Portuensis, & Bracharensis, Re-  
gentis, atque Lectorum, Magistri Nouitorum, atque Pradica-  
torum nobiliorum Conuentuum.

2. Quod si forte Visitatorum alteruter consanguinitate, vel

<sup>&</sup> Bulla Pij II  
& Sixti V.

affinitate fuerit coniunctus cum Reuerendissimo electo , vel  
Abbate aliquo, Monachus alter eligatur , qui vicem illius sup-  
pleat, ad effectum solummodo visitandi domum Reuerendissi-  
mi, aut Abbatis prædicti cum altero simul Visitatore electo.

3. Singulae prædictæ electiones per se , ac sigillatim fiant. Ex  
illis verò has tantum Canonicas esse volumus: electionem scilicet  
Reuerendissimi Generalis, Abbatum, Diffinitorum, Visita-  
torum, ac Iudicum inhabilitatum. Illa autem electio iuxta dis-  
¶ Cap. Eccle-  
siæ restra.  
positionem Iuris & Canonica esse dicitur per viam scrutinij, in  
qua aliquis habet plusquam dimidium suffragiorum habiliū, seu  
maiorem partem totius Capituli. Unde, si in electione ali-  
cuius, tot in eum concurrerint suffragia , vt ablatis ex illis toti-  
dem, quot de subornatione forte, vel de alia ad suffragandum  
inabilitate fuerint conuicti, residuaque sufficient ad maiorem  
adhuc partem totius Capituli complendam, & integrandam,  
talis electio non est cassanda , sed Canonica habenda.

4. In cæteris electionibus prædicto excessu non est opus, sed  
illum in quem plura simpliciter, & absolutè vota concurrerint,  
ritè electum censemus. Quod si duo, vel plures æqualia nume-  
ro habuerint suffragia, antiquior secundum habitus suscep-  
tione præferatur.

5. In omnibus prædictis electionibus, Capitulares omnes  
in Capitulo congregati vocem actiuam habebunt, exceptis tâ-  
tum electione Secretarij, & electione Prædicatorum, Regentis,  
atque Lectorum, in quibus electores erunt Reuerendissimus  
solum, & quinque Diffinidores.

6. Potrò in electione Socij, & Secretarij illud attendant  
electores, quod personas gratas Reuerendissimo, eligere cu-  
rent.

## CAPVT SECUNDVM.

*De ijs, qui possunt eligi, & eligendorum  
qualitatibus.*

1. **S**TATUIMUS primò, vt voce passiva gaudeant ad prædicta  
munera capessenda, & obeunda omnes nostræ Congre-  
gationis

gationis Monachi expressè <sup>a</sup> professi: & Sacerdotali chia<sup>c</sup>re insigniti: nullo <sup>b</sup> excommunicationis, suspensionis, aut <sup>c</sup> in- terdicti vinculo innodati ; nec priuati, aut suspensi per senten- tiam Reuerendissimi , seu alterius cuiusque Superioris ab ofi- cio aliquo Vocali in Capitulo : nec item alicuius inhabilitatis pena, <sup>c</sup> aut priuatione vocis passiuæ : seu quouis alio impedi- mento <sup>d</sup> Canonicō irretiti, dummodò etiam conditiones alias, & qualitates habeant infrà assignandas , atque intra Hispanię fines existant.

2. Cum verò à iure Pontificio in Ecclesiasticis dignitatibus prefiendis legitima <sup>e</sup> natalitia requirantur, etatis <sup>f</sup> maturi- tas, grauitas morum, & <sup>g</sup> scientia competens in obseruationem factorum Canonum, recentiorisque Gregorij decimi quarti <sup>h</sup> Constitutionis , statuimus, vt nullus illigitimo thoro natus ad munera Capitularia, Generalis scilicet, Abbatum, Diffinitorum, ac Visitatorum , Prioratum etiam, aut Subprioratum alicuius Monasterij, seu in Vicariam alicuius Ecclesie Regularis possit eligi, nisi obtenta prius huiusmodi defectus natalium dispensa- tione, cum prædicta electio <sup>i</sup> ipso iure sit irrita, vel saltem irri- tanda.

3. Ut autem inhabilitas hęc per dispensationē aboleri queat secundū tenorem prædictę Gregorianę Constitutionis decla- ramus, licere Reuerendissimo iuxta priuilegia ab alijs Pontifi- cibus concessa, *Cum illegitimis, quos ipse cum Capitulo Genera- li, seu intermedio, si forte celebrari contingat (& non alias) suf- fragantibus meritis dignos iudicauerit, ad honores, gradus, & dignitates obtainendas dispensare.* Nolumus autem hac præ- senti Constitutione præjudicium inferre priuilegijs nostris, si que in oppositum sunt emanata, vel emanauerint.

4. Quoad alias verò conditions, maturitatem nempè, etatis, & ceteras quas ius commune, ipsaque ratio postulat, præci- pimus, vt ea que sequuntur ad vnguem seruentur.

5. Primò igitur, nullus in Generalem poterit eligi, nisi tri- gesimum saltē Religionis annum attingat. ¶ Ut autem cir- cularium electionum radices aliquatenus euelantur, qui Generali- sis semel fuerit creatus, vel in Capitulo Generali, vel ante me- diatā triennij, Generalis iterum creari non poterit, nisi elapsis iam, ac finitis duobus triennijs postquam munus illud expli- uerit,

<sup>a</sup> C. Cum ma-  
gistrum.

<sup>b</sup> C. Nullus,  
in e.

<sup>c</sup> C. Consti-  
tutis, de ap.

<sup>d</sup> C. Si celebr.

<sup>e</sup> C. Postulaſt.

<sup>f</sup> C. Cum di-  
lectus, de co-

suetud.

<sup>g</sup> d Celebra-  
tes in loco  
interdicto.

<sup>h</sup> C. Is qui, de  
sent. excō.

in e.

<sup>i</sup> d Mendi-  
cantes ad nos  
transentes  
C. Vt profe-  
sores Clem.  
d Illegitimā  
& alij.

<sup>e</sup> C. Cap. i. de  
filis præby.

<sup>f</sup> C. Cum in-  
cunctis.

<sup>g</sup> C. Eam ea  
de atate.

<sup>h</sup> b C. Circu-  
spēcta, &c.

<sup>i</sup> C. Vt filij.

<sup>j</sup> C. nimis.

uerit. \* Nec ad aliam quamcunque dignitatem poterit eligi, nisi si uno saltem triennio finito, ut sic a labore quiescat, Deoque liberius vacer.

† Si quis tamen in ipsa præcisè die medietatis triennij, vel post illam Generalis eligatur, in Capitulo sequenti reelectionis capax erit.

† Ad passiuam Generalis electionem inhabiles erunt duo Visitatores, Socius, atque Secretarius Reuerendissimi in Capitulo, quo sua munera finiunt.

§. Secundò, circa Abbatum electionem statuimus, ut nullus Abbas creari possit, ante vigesimum Religionis annum saltem inchoatum.

† Qui inmediatè munus Abbatiale in Capitulo Generali expleuerit, vel ante medietatem triennij ad illud fuerit electus, suo peracto regimine nonnisi alio elapsò triennio Abbas iterum poterit eligi.

† Si quis tamen in ipsa præcisè die medietatis triennij, vel post illam eligatur, in Capitulo proximè sequenti Abbatialis dignitatis capax erit.

† Qui in ipso triennij cursu Abbatiali suo munere renuncauerit, nec ipso iterum triennio, nec in Capitulo inmediatè sequenti Abbas creari poterit.

† Ad passiuas, & intermedias electiones Abbatiarum in ipso triennij progressu vacantium, inhabiles esse volumus quinque Diffinitores, duos Visitatores, Socium, & Secretarium Reuerendissimi, omnesque alias Abbates auctiales.

*Arg. cap.* 6. Tertiò, circa Diffinitorum, Visitatorum, Procuratorum Curialium, Socij, atque Secretarij Reuerendissimi electiones, volumus, ut omnes prædicti eosdem habeant etatis, seu Religiosis annos, qui ad Abbatis munus requiruntur.

† Ad passiuam Diffinitorum electionem inhabiles erunt quinque Diffinitores, duo Visitatores, Generalis, Socius, & Secretarius anteacti triennij, duo item fratres, vel cognati usque ad quartum gradum inclusiue.

\* Ad passiuam Visitatorum electionem inhabiles erunt duo Visitatores, Generalis, Socius, & Secretarius præcedentis triennij, Diffinitor primus presentis, duo item fratres, vel cognati (ut supra.)

† Ad passim electionem Socy, & Secretarij Reuerendissimi inhabiles erunt, qui immediate eisdem functi sunt officijs, Abbates etiam, Diffinitores, ac Visitatores præsentis triennij & Generalis præcedentis.

\* Relator, seu Secretarius Capituli ex præsentibus tantum Capitularibus eligi poterit, exceptis ijs, qui syndicatu, siue residentia (de quâ suprà) fuerint subiecti.

7. Quod verò attinet ad literarum scientiam, & que circa spiritualium administrationem est potissimum necessaria, & circa curam temporalium opportuna, statuimus, ut ad munus Generalis, Socij, Diffinitoris primi, & Visitatorum non possint elegi, nisi qui sacre Theologie quadrienni doctrina fuerint eruditii, vel in Iure gradu aliquo laureati.

† Idemque seruari præcipimus in electione Abbatum nobiliorum Conuentuum S. Benedicti, scilicet Olyssipponensis, Conimbricensis, Portucallensis, & Scallabitani.

† Ad alias verò Abbatiales dignitates (cum ex præscripto sanctæ Regule b oporteat Abbatem doctum esse lege Diuina, ut sciat unde proferat noua, & vetera, & ex Iure & communi nullus debet assumi ad Ecclesiastica ministeria, quæ curam animarum habent annexam, nisi scientia, & moribus commendandus existat) præcipimus ut nullus eligatur, qui in Morali saltē scientia non sit sufficenter instructus ad Monachale regimen animarum, & temporalium administrationem; nam a licet desideranda sit eminens scientia in Pastore, competens tamen est toleranda, præsertim si imperfectum scientie suppleae perfectio charitatis, ex qua potissimum Prælati dignitas petenda est.

8. Quod attinet ad morum gravitatem, & honestatem, præcipimus, ut electores vita meritum eligendorum considerent, & expendant, siquidem ex mandato sanctæ Regulae, Vitæ merito, & sapientia doctrina Abbas eligendus est, etiam si ultimus fuerit in ordine Congregationis, prouindeque vitæ integritatem, & virtutum ornamenta ceteris qualitatibus proponant; prof. f. 18. q. 2. 4b sunt enim quam maximè exemplares Prælati, qui nimis non batem, verbo tantum, sed factis etiam ipsis, ac vita actionibus (muto, quasi prædicandi genere) subditos ad Regularē obseruantiam provocant, ac veluti compellunt.

c Clement. \* Vnde Constitutiones & Apostolice, quibus obedire decet, VIII. n. 36. in hanc modum precepunt. Ad officia gradus, & prelaturas illas quas Urba precepit eligantur, qui possint, & consenserint Regulas Ordinis, nus VIII. & Constitutiones obseruare, presertim que pertinent ad seruitum Chori, ac vestitum, & victimum communem. Quocirca Priors, Magistri Novitiocum, & alij, qui predica obseruare, & laborosius frequentare solent, si reliquias habent conditiones, ceteris alijs anteponantur.

9. Electores ergo exhortamur primò, & obsecramus in Domino, ne ad habiles tantum, & ad dignos præcisè respiciant, sed

<sup>¶</sup> Dist. 63. quos sincero rationis dictamine digniores indicauerint, hos eli- Metropolita gant, & preferant: cum digniores & eligere tencantur, eos scili- mo. cèt, qui ratione habita præfectura, de qua agitur utiliores, & ap- 3. q. 1. cap. tiores esse crediderint; mominerintque nihil se utilius præstare Eccles. Cap. Consisti posse ad Religionem tuendam, & conseruandam, quam si opti- mos de appell quoque, qualesque decet pastores promoueri studeant, lat.

\* Integritas enim præsidentium, salus est subditorum.

<sup>¶</sup> Dist. 64. 10. Eosdem insuper admonemus, ipsorumque conscientias grauitè oneramus, ne indignos aliquando, & quos oportet officijs carere, honorent, aut quos pro meritis honorare debe- f. C. Graue rent negligant, ac depriment, f. carnalitatis potius affectionem, nimis, in e. quam iudicium rationis sectantes; alioquin præcipitem ferri g. C. Nihil Religione, atque tandem ruere necesse erit; g. Nihil est enim quod Ecclesia Dei magis officiat, quam quod indigni Prelati assumentur ad regimenter animarum, & ad dignitatum culmina eubantur.

11. Inter indignos autem, seu minus dignos computare li- cet frigidos Regularis discipline zelatores, & obseruatores, le- B. 3. q. 1. Quis ges audacter violantes, proprijs vtilitatibus h. magis, quam bo- Episcopatum no communi prospicientes, Chorum, actusque Conuentuales, 3. q. 1. In frequentare communiter non valentes, dignitates ipsas am- scripturis. bitiose anhelantes, aliosque similes defectus morales, aut natu- rales habentes arbitrio eligentium iudicandos.

<sup>¶</sup> Dist. 28. 12. Apostasie autem criminis, seu incontinentiae, vel alijs huicmodi foedatos, convictos scilicet confessos, aut vehementer suspectos indignos esse per se liquet. Vnde in detectionem criminum, & aliorum exemplum ne eligantur præcipimus, nisi forte longa iam temporum serie, & laudabilis vita emendatio-

ne macula illa sit absterfa, & omnino deleta.

+ In Monasterio autem illo in quo aliquis de violatione castitatis fuerit convictus, ac diffamatus, nullo vnguam tempore poterit esse Prælatus, prout etiam infra & latius dicetur.

*Cleric. III. Cōstit. 2. c. 2.*

## CAPVT TERTIVM.

### De forma suffragandi, & eligendi.

1. **L**icet plures sint eligendi modi à iure & approbati, per *C. Quiesc.* communem scilicet inspirationem, per compromissum, pter. & per scrutinium, statuimus primò, vt electiones Congregatio- nis nostræ, hoc tertio modo fiant, per schedulas nempe secretas (vt sacrum & Concilium Tridentinum præcipit) & nulla absque *b. sess. 25. c. 6.* urgente necessitate noctu fiat. Cetera verò omnia d (vt prædi- quis. *C. Consuluit* & tamen non nisi per calculos albos, ac nigros decidantur.

2. Cum autem in iure & vota conditionalia, alternativa, aut *de off. deleg.* incerta penitus reprobentur, vt ex puris consensibus elecio ce- *d. Constit. 2.* lebretur, statuimus, quod nemo in Capitulo existens vocem suā, *c. 6. n. 7.* aut suffragium alteri delegare possit, aut afferere se in eam per. *e. C. In ele-* sonam, seu partem consentire, cui talis, vel talis, seu maior pars *ctionibus, in* adhæserit, sed simplicitè, & absolute prout melius in Domino *e.* iudicauerit, suffragium ferat.

3. In exordio verò cuiuscunque electionis, antequam electo- *res suffragari* incipiunt, præcipimus, vt Relator suo loco sedens *f. Cle. VIII.* illam præcisè Constitutionem perlegat, quæ agit de persona *n. 36.* eligenda, & qualitatibus in ea requisitis, vt melius illæ cunctis innotescant.

4. Deinde Reuerendissimus, seu Diffinitor primus, quan- diù Generalis non fuerit electus, Vocales omnes ad cautelam absoluat quoad forum interius à qualibet Ecclesiastica censura, vt electiones ritè ac validè fiant: Reuerendissimum verò seu Diffinitorem primum absoluat similiter Diffinitor antiquior.

+ Si tamen adhuc post huiusmodi absolutionem, aliquos cen- suram aliquam incurrisse in foro exteriori constiterit, eisdem pœnis in his Constitutionibus designatis punientur perinde ac si non fuissent absoluti.

5. Post huiusmodi absolutionem singuli, non aggregatim, & Clem. VIII<sup>a</sup> tumultuarie, sed ordinatim incipiunt suffragati, iuramento, coram scrutatoribus prius suscepto, ut pro digniore, magisque idoneo suffragium ferant, & schedulam voti secretò plicatam in vas scrutinij in mensa Diffinitorij existens iniiciant, ceteras verò in alio vase reproborum manu compressas reponant.

¶ Præcipimus autem in virtute sancte Obedientia, & sub pena Excommunicationis ipso factò, vt nullus libimet suffragetur: nec nomen illius pro quo suffragatur alteri ostendat: nec schedulam voti sui cum schedula alterius commutet: aut schedulam voti alieni accipiat, ut eam mittat in urnam scrutinij, sed viuisquisque sincere absque vila fraude, aut dolo propriam suam tantummodo schedulam in prædictam urnam manifestè iniiciat, que omnia, ac singula sub eisdem præcepto, & censura seruare teneatur.

6. Ad Capitulares tamen ægrotantes duos mittat Vocales Præses Capituli, qui eis iuramentum præstent, atque phyliras eligendorum nomina continententes. Ipsi verò ægroti schedulam suffragij sui plicataam, & in papyro alia sigillo munitam, seu intra vas aliquod inclusam prædictis Vocalibus tradent, quibus in virtute sancte Obedientia, & sub pena Excommunicationis ipso factò, præcipimus, vt eam non resignent, aut explicit, ut nomen videant, sed fideliter sic plicatam in urnulam scrutinij mittant.

7. Statuimus, vt in singulis electionibus Canonicis quater tantum electores sua præstent suffragia, ordine sequenti seruando. Si contingat, quod nec in primo scrutinio, nec in secundo, nec etiam in tertio Canonica detur electio, qui inter scrutatores fuerit Præsidens nominatum proponet duos illos, qui in tertio scrutinio plura habuerint suffragia. Quod si tres, vel plures suffragiorum habuerint æqualitatem, duos tantum habitu antiquiores Præsidens nominabit; volumusque ut super hos duos dimitxat quarta tandem fiat suffragatio, atque illa rite electus censeatur, in quem tunc plura concurrerint vota.

8. Perro, si in hoc quarto adhuc scrutinio suffragiorum forte detur æquitas, antiquior habitu præferatur.

10. Ceterum omnia, quæ in hoc capite statuimus, non in Capitulo tantum Generali, sed in quacunque alia electione, quæ extra illud celebretur, seruari voluntis.

## CAPVT QVARTVM.

### *De Scrutatoribus suffragiorum, & scruta- tandi forma.*

1. IN loco, quo Capitulum Generale celebratur, mensa erit oblonga decenter ornata, ad caput illius cathedra, ad latera erunt subsellia, & ad caleem sedicula. In his scrutatores omnium electionum, quæ à Capitulo pleno fiunt, confidebuntur.

2. Volumus autem ut scrutatores sint Reuerendissimus Pater Generalis, Diffinitores, Visitatores, atque Relator, ita ut nouiter electi veteribus succedant, postquam inrumentum accepterint. ¶ In electione autem Relatoris Secretarius Reuerendissimi Relatoris vicem supplebit. ¶ Porro si ex predictis scrutatoribus non adsint plures, quinque, Capitulares alij ex antiquioribus substituantur.

3. In capite igitur mense predictæ sedebit Reuerendissimus, seu Diffinitor Preses Capituli: A choro dextro, & sinistro sedebunt Diffinitores secundum ordinem electionis cuiusque, & infra illos Visitatores, Relator autem ad calcem mense erit in regione Presidis.

4. Postquam ergo omnes electores sua tulerint suffragia, Preses Capituli coram scrutatoribus singulas schedulas, antequam eas explicet, sigillatim numerabit, ut sciatur adiquatè respondent numero suffragantium; quod si suffragantibus ercentur, eas singulatim Præsidens incipiat aperire, & nomine eiusque viso, sic explicatas tradet Diffinitori antiquiori a choro dextro, & iste similiter sequenti, ac sic deinceps, ita ut singulæ singulorum scrutantium manus percurrent, oculisque lustrentur.

5. Nomina singulorum, qui suffragia habuerint, Diffinitor antiquior in scriptis redigat, similiterque faciat in altera charta

papiracea Relator. Quot autem pro vnoquoquo ab vrna scrutiniij prodierint suffragia, tot illi è regione sui nominis transuersim lineas paruulas ducant super aliam rectam, ut ita facilè suffragia cuiusque lineis transuersis computari possint.

6. Finito ia hunc modum Scrutinio, videant scrutatores utrunque suffragiorum chartulam, & expendant, an vna alteri conformetur, & an reperiatur in illis legitima, canonicavè elec-

<sup>6</sup> Cap. Quia  
proper.

<sup>b</sup> C. sicut cum,  
de elect. in  
<sup>6.</sup>  
<sup>5</sup> Cap. Cum ab  
vno, de sent.  
& re iud. in  
<sup>6.</sup>

<sup>c</sup> electione*prædicta cap. 3.*) Quibus consideratis, si nullus in ea appareat defectus, aut inhabilitas, & mox antequam scrutatores ad alios actus extraneos se se diuertant eam pronūciet <sup>b</sup> vnum, Diffinitor scilicet antiquior, & præmisso, Benedicite, per verba singulatis numeri dicat: Ego Frater N. Diffinitor antiquior, & electionum præsentis Capituli scrutator, nomine meo, ac sodalium meorum, totiusque Congregationis Generalem, vel Diffinitorem, vel Abbatem, vel, &c. nomine, & pronuncio Reuerendum admodum Patrem Fratrem N. qui canonice, seu legitimè creatus est.

7. Si verò in primo, secundo, aut tertio scrutinio, canonica non detur electio, procedatur sicut dictum est suprà cap. 3. n. 8.

8. Si in aliquo scrutinio reperiantur plures, aut pauciores suffragiorum schedulae, quam sint electores, irritum sit scrutiniū illud, & inter alia minimè numeretur, proindeque altera loco illius suffragatio fiat.

9. Si denique in aliquo scrutinio reperiatur schedula alba, aut personæ inhabilis nomen continens, & reliquæ in vnam personam concurrentes, electionem canonicam, vel legitimam nō attingant, tale scrutinium inualidum sit, & suffragatio iteretur: quoniam per errorem, & inaduententè votum illud fuisse illatum suspicari potest. Porrò si secunda vice schedula adhuc alba, vel inhabilis reperiatur, illa vel illis reiectis, <sup>d</sup> ceteræ tantum computentur ad effectum canonicae electionis, seu legitimæ faciendæ: quoniam iuri iam suo, ac voci cedere, & renunciare aperte videtur, qui semel, & iterum suffragium nullum, & inhabibile tulit.

10. Scrutatoribus denique omnibus, ac quibuscumque præcipimus, sub iuramento præfrito, ad executionem officij sui, & sub pena Excommunicationis maioris ipso facto, ne vlo vnquam tempore scrutinij secreta reuelent, indicantes eos, qui habuerunt,

<sup>d</sup> Gloss. in  
Clement.  
Quod circa.

runt, aut non habuerunt suffragia, vel quot habuerint singuli.

+ Predictæ tamen tabella suffragiorum numerum continet secretò sub predictis juramento, & excommunicatione sicut uentur à conscientibus illas usque ad confirmationem electorum, ut si aliquod interea nascatur dubium, seu aliquis defectus electioni oppositur, quot electi habuerint suffragia consteret. Electis vero iam confirmatis, predictæ tabella suffragiorum publicè rumpantur, seu cremenetur.

## CAP VT V.

### De consensu, Iuramento, & Protestatione fidei illorum, qui fuerint electi.

**P**ublicata electione, tria adhuc supersunt agenda, Consensus scilicet electi, & Iuramenti exhibitio, Professio fidei, atque tandem Confirmatio.

1. Quod igitur ad consensum spectat, ubiprimùm electio aliqua fuerit pronunciata, si electus sit praesens, vel commode vocari possit, in medio Capituli se se prosternat, factoque signo à Preside, flexis genibus manens, insufficientiam suam humiliter recognoscatur, oneri tamen sibi imposito humeros obedienter subiiciat, non honorem illud pensans, sed onus.

2. Si verò aliquis absens fuerit electus in dignitate praesertim Abbatiali, cum eligentes iuxta iuris dispositionem intrâ octo dies electiones presentare teneantur electis, id ipsum obseruari precipimus à Reuerendissimo, seu scrutinij Preside in quaunque electione persona absentis. Electus autem quam citius potuerit certiorem faciat Reuerendissimum de consensu, vel dissensu suo in electionem sibi presentatam: cum secundum ius, si electus ipse consensum ultra mensem prastare distulerit, eo ipso acquisito iure, priuetur.

3. Postquam autem electus consensum prastiterit, iuramentum accipiat à Preside, seu Reuerendissimo, pro munere suo recte, inste, ac fideliter secundum Statuta Religionis execuendo, de perpetuitateque non procuranda,

† Diffinitores ergò electi, non singuli statim post electionem cuiusque sed finita omnium electione, omnes simul iurabunt, ut omnes simul suo incipient munere fungi. \* Idemque in electione Visitatorum seruetur.

Generalis verò ubi primam electioni sua assenserit, statim coram Præside genuflexus, sub hac forma fidem iuratam dabit.

¶ Ego Frater N. Generalis electus triennalem tantum administrationem in hoc munere iuro, itemque perpetuitatem in eo nul latenius à me procurandam iuro, ac promitto, Constitutiones etiam, Diffinitiones, ac ceremonias, laudabilesque consuetudines Congregationis nostrae me minime violaturum, aut violari permisurum quantum in me fuerit, & humana tulerit fragilitas, sic me Deus adiuuet, & bac sancta Dæt Euangelia.

4. Quo finito, iuxta mandatum Pij Quarti, & sacri Concilij a sess. 24. c. 4 Tridentini, fidem profitebitur, prout in fine harum Constitutionum assignatur. Interim verò Relator prædictum iuramentum à Reuerendissimo prolatum in Codice, quo Capituli acta exarantur, transcribat; illudq; Reuerendissimus proprio nomine subsignabit antequam ad Ecclesiā processionaliter ducatur.

5. Abbes electi similiter etiam iurent, ac fidem profiteantur, puratis tamen priùs illorum electionibus, atque personis.

\* Decretalis b' enim Bonifacij vestigijs inharentes (ne aliquis indignus, inhabilis, aut impeditus beneficium Confirmationis assequatur) statuimus quod omnibus iam electionibus peractis, Reuerendissimus præcipiat, vt si quis Capitularium, aut Conuentualium illius Monasterij, in quo Capitulum celebratur, in aliquo eorum, qui denud electi sunt aliquod nouerint impedimentum, propter quod non possit in suo munere confirmari, vel electio eius sit irrita, aut saltem irritanda, infra spatium vi genti quatuor horarum tale impedimentum ipsius Reuerendissimo reuelet, atque denunciet. Et huiusmodi præcepti edictum à Generali subsignatum Capituli ianuæ Relator affigat.

6. Quod si tale aliquid denuncietur, Relator illud coram Reuerendissimo in scriptis redigat, & denunciator subscribat, Reuerendissimus verò sub præcepto virtutis sanctæ Obedientiae, Diffinitores ac Visitatores conuocet, ab omnibusque negotiis iuridice expediatur, in quo iudicio Relator votum habeat de cisiuum, ne forte parilitas detur.

Etsi

Etsi aliquid de prædictis Patribus, Diffinitoribus, aut Visitatoribus, seu de illorum electionibus denuncietur, Abbates antiquiores inter Vocales ad illud iudicandum loco illorum subrogentur, ita ut ex nouem semper Iudicibus prædictus consesus confletur.

7. Porrò, si limata veritate, constet quod aliqua electio facta, ipso iure sit, irrita, vel quod saltem debeat irritari, annulatur <sup>a</sup> prius, seu nulla declaretur, & altera celebretur legitimè. <sup>a Cap. C. 8. in 6. sideramus.</sup> Quod si prior electio illa non propter vitium, defectum, aut crimem personæ, sed propter defectum aliquem ipsius electionis tantum cassetur, persona prius electa, inhabilis non erit ad posteriorem electionem (nisi forte simoniacæ pravitatis aliquid intercessisse constiterit) prout in Iure <sup>b</sup> decernitur. <sup>b Cap. 8. in 6. per eo.</sup>

8. Ceterum transactio iam prædicto horarum termino, si nullus defectus opponatur electionibus, aut personis electis, Reuerendissimus in medio Capituli sedeat Euangeliorum librū <sup>manu</sup> tenens, Abbatesque per choros distributi coram eo genu flexantur, & antiquior sub forma praecitata, ceteris audientibus, fidem protestetur: deinde eodem modo, quo Generalis iuret: Ego Frater N. Abbas electus triennalem tantum, &c. Quo iuramento præstito, surgat, & sedeat. Alij verò ordine suo Euangeliorū librū manu tangentes, hęc tātum verba singuli proferat. ¶ Ego Frater N. Abbas electus eadem iuro, & spondeo, credo, ac profiteor, sic me Deus adiunet, & haec sancta Dei Euangelia.

## CAPVT SEXTVM. De confirmatione electionum.

1. **Q**uoniam secundūm Ius <sup>a</sup> commune Prælati electi non debent se ingerere in administrationē spirituālium, vel temporalium pertinentium ad Ecclesiam, vel dignitates, ad quas electi sunt, nisi prius fuerint a superiori confirmati, tenenturque intra tres <sup>b</sup> menses post consensum electioni præskitum, illius confirmationem petere: præcipimus, ut Abbates electi antequam munus suum exerceant, postquam professionē fidei, & prædictum iuramentum emiserint, a Reuerendissimo confirmentur.

**E** <sup>29.</sup> Porrò

<sup>a</sup> Cap. Nostri quomodo.

<sup>b</sup> Cap. Nihil est, de elect.

<sup>c</sup> Cap. Quali- ter, de elect.

<sup>d</sup> C. Anaritie in 6.

<sup>e</sup> b Cap. Quā sit, de elect. in 6.

*a Pius V.  
Regimini.*

2. Porrò Reuerendissimus expressa cōfirmatione non eger nam vbi primum fuerit electus, eo ipso authoritate *a Apostoli ca* confirmatur.

3. Priusquam verò Abbates confirmentur, obedientiam præstent in scriptis Reuerendissimo sub eadem ferè forma, quā Honorius tertius *b olim prescripsit.*

*b Cap. Ne  
Dei.*

**T** Ego Frater N. Abbas electus Monasterij N. subiectionem reuerentiam, & obedientiam à sanctis Patribus constitutam secundum Regulam Sancti Patris Benedicti, tibi Reuerendissimo Patri Generali, tuisque successoribus canonice substituendis, & sancta sedi Apostolica, quandiu hoc habuero Abbatiale munus, me exhibitum promitto, quapropter confirmationem peto electionis meæ. Frater N. Abbas Monasterij N.

4. Forma autem confirmationis in scriptis Abbatibus dandæ, hæc erit.

**T** Ego Frater N. Generalis Benedictinus in Regno Portugallia, Provinciaque Brasiliensi, omnibus has literas inspecturis, salutem, & benedictionem à Domino. Notum facimus Religioso admodum Patri Priori, atque Connentui nostri Monasterij N. Reuerendum admodum Patrem N. ritè fuisse electum in Abbatem prædicti Monasterij, & quoniam sufficienti diligentia adbibita, nullum in eo, aut in electione illius defectum reperimus, ipseque obedientia nobis praæfita confirmationem in prædicto munere petiit, nos autoritate ordinaria, qua fungimur eum in Abbatiali sua dignitate, usque ad Capitulum futurum, ipsamq; electionem confirmamus, præcipimusque in augmentum meriti prædicto Patri Priori, singulisque Monachis in prædicto Monasterio commorantibus in virtute sanctæ Obedientiæ, & sub pena Excommunicationis, ipso facto incurrienda, ut eum tanquam verum Abbatem suum recipiant, illaque possessionem dignitatis sua, & obedientiam move solito, præstent. Datis apud N. sub nostro signo, nostraq; Congregationis Sigillo. Anno Domini N. bali die Mensis, &c. Frater N. Generalis Benedictinus.

*Ex mandato Reuerendissimi Frater N. Secretarius.*

5. Si verò Abbas electus Reuerendissimum fortè adire nequeat, prædictam obedientiæ formulam illi mittat, & confirmationem ab eo assequatur, priusquam tamen possessionem accipiat coram Priore, & Conuentu iurabit (vt supra<sup>b</sup>) fidemque profitebitur.

**CON-**

## CONSTITUTIO IIII.

## De electionibus intermedijs.

## CAPVT PRIMVM.

## De electione intermedia Generalis.

**V**ONIAM aliquandò progradiente triennio Capitularia munera vacare contingit, operæprestum est idoneam eligendi formam, pro huiusmodi euentu præscribere.

1. Statuimus ergo primò, quod vacante munere Generalis, statim qui præest Monasterio in quo ille obierit, certiorem faciat Visitatorem primum, sub pena priuationis vocis aetiuæ, & passiuæ per sex menses, qui vbiunque literas accepit ibi coram Prælato, & Consiliariis illius domus, concepsis verbis iuret se seruaturum ea, quæ in hoc capite decernimus, ceteraque omnia ad officium Generalis spectantia, atque ipso facto, & non anteā sub Præsidentis titulo totam Congregationem, ipsamque Generalis Domum cum limitationibus statim apponendis moderetur, atque gubernet.

2. Volumus autem, ut vacante Generalatu, intra tres ultimos menses triennij (Februarium scilicet, Martium, & Aprilē) Generalis electio non celebretur, sed prædictus Visitator primus, vel (illo legitimè impedito) Visitator secundus Vicegeneralis munere fungatur, & in viduata domo Reuerendissimi Abbatis vicem gerat, usque ad Capitulum proximè celebrandum, cui more solito, præsidebit.

3. In toto illo trimestri spatio plenam habebit iurisdictionem, paucis tantum exceptis; non enim poterit primò facultatem concedere ad bona ordinis alienanda; nec etiam secundò penas, aut penitentias à præcedenti Generali impositas remittere, vel temperare: tertio, nec insolitas pecuniarum expensas facere absque consilio, & assensu Diffinitorum, si eas faciendi

occurrat occasio: nec denique quartò ea, que Prædecessor ipse quatenus Generalis statuerat, ordinauerat, aut præceperat poterit alterare, & immutare; volumus enim, ut omnia sic statuta, ordinata, & præcepta in suo robore, ac vigore permaneant, & sub eadem forma, quia anteā seruentur, donec Generalis electus aliter disponat.

**C. ne pro de fecta.** 4. Porro, vacante Generalatu ante prædictos tres menses, Precipimus, ut intra triginta dies immediate post illum, in quo Visitator prædictum mortis nuntium, & iuramentum acceperit inchoandos, noua Generalis celebretur electio in Monasterio, quod commodiū visum fuerit, omnibus Vocalibus, qui in Capitulo Generali congregari solent coniubatis, cui etiā electio ni Visitator ipse præsidebit; tempus autem ad eam faciendam hic præsumitum non poterit prorogare, alioquin voce passiva ipso facto in Capitulo Generali proximè celebrando careat.

5. Antequam ad actum electionis deueniatur, Missa de Spíitu Sancto cantetur cum commemorationibus B. Virginis, & Sancti Patris Benedicti; deindē elegantur Indices inhabilitatū & subornationum modo, quo supra Constit. 2. cap. 7. illiq; prout ibidem dicitur, munus suū exerceant. Secretarius quoque ostio Capituli præfigat Constitutionē transcriptam contra subornatores, eosq; non reuelat̄es, prout in Capitulo Generali fieri solet.

6. Si autem aliquis munus habens Capitulare in Generale creetur, ab omnibus Vocalibus sic congregatis alter loco illius eligatur.

7. In hac breui præsidentia pr̄ter illa quatuor num. 3. huius cap. prohibita, non poterit etiam prædictus Visitator Monachorum mutationes facere, recreations concedere, administratio niq; temporalium ipsas domus Reuerendissimi se se iagerere (huc enim tota erit penes Priorem eiusdem Monasterij) in spiritualibus tamen; & in ijs, que ad correctionem morum spectat, in omnibusque alijs Præsidis munus pleno iure, & auctoritate ordinaria exercebit. Porro, si Prior aliquem excessum in prædicto regimine temporalium committat, Præsidens illum admoneat, & remedio opportuno ocurrat.

8. In utraque præfectura, tum prædictorum mensum, tum dierum, Socii, & Secretarius Reuerendissimi ipsum Visitatore Præsidem, sicut anteā Generalem comitabuntur; Socioque cura erit

erit acta Visitacionum, culparumq; inquisitiones fideliter apud se retinere: cetera vero scripta, vniuersa Generalis defuncti suppellex, omniaque ad usum illius spectantia, cellae, & scriniorum claves a Priore simul, & Socio soli Secretario tradantur sub inventario ab ipsis tribus sub-signato, ut ipse quoque postea cuncta similiter tradat, vel Generali, si intra triginta dies fuerit eligendus, vel Visitatori Præsidi, si Praeses fuerit trimestris.

Præcipimus autem in virtute sanctæ Obedientie singulis illis tribus Patribus, & omnibus alijs, ut nihil ad Generalem defunctorum pertinens sibi approprient, aut quis alio modo alienent, Socioque suo, sub eodem præcepto, mandamus ne culparum inquisitiones, seu processus alicui ostendat, nec eos, aut alia scripta rumpat, abscondat, seu quis modo alienet, sed omnia (ut supra) fideliter tradat.

## CAPVT SECUNDVM.

### *De Intermedia electione Abbatum,*

#### *Diffinitorum, &c.*

**S**i labente triennio, Abbatialis aliqua vacauerit dignitas, vel in multis aliquod Diffinitoris, aut Visitatoris, Reuerendissimus Pater Generalis electionem illius celebrabit in Monasterio, quod commodius iudicauerit, infra octo dies si in Durimonia consistat: infra quindecim, si ultra Durium: infra trintigam, si ultra Mondam; quod adimplere tenebitur sub priuatione vocis actiue in Capitulo proxime sequenti.

Prædicti autem dies computandi sunt immediate post ipsum, in quo Vacationis Prælaturæ nuncium accepit: illamq; Prior, aut Presidens Monasterij vacantis, statim Reuerendissimo per epistolam obnunciabit, sub priuatione vocis actiue, & passiuæ per sex menses. Idemque facere sub eadem pena teneatur. Abbas in cuius Monasterio munus Diffinitoris, aut Visitatoris vacauerit, + Statuimus, quod tres dies labentes a Vigilia Nativitatis Domini usque ad primam Octauam, & quinque labentes a feria quarta maioris Hebdomadae usque ad Dominicam Resurrectionis, non coparentur inter prædictos dies, ad electiones intermedias Generalis, & aliorū faciendas; supra designatos,

2. Electores intermedij prædictorum munerum erunt vnde-  
decim, Reuerendissimus scilicet, Diffinitores, & Visitatores,  
atque tres Abbates Monasteriorum Interamnenium, ordine  
sequenti seruato.

3. In electionibus Abbatiarum, munerumque Diffinitoris,  
aut Visitatoris, intra primum annum triennij vacantium vocem  
actiuam habebunt Abbas Sancti Benedicti Portuensis, Abbas  
Sancti Thysri, & Abbas Sanctæ Mariæ de Pombeiro.

4. In electionibus verò Abbatiarum, & prædictorum mu-  
nerum vacantium intra secundum annum triennij, vocem acti-  
uam habebunt Abbas Sancti Michaelis Bastensis, Abbas Sancti  
Andreae de Rendufe, & Abbas Sancti Saluatoris de Trauanqua.

5. In electionibus tandem Abbatiarum, vel prædictorum  
munerum, quæ vacauerint intra tertium annum triennij usque  
ad tempus sequenti capite designandū, electores erunt Abbas  
Sancti Saluatoris de Palatio, Abbas Sancti Ioannis de Suspen-  
sis, & Abbas Sancti Romani Nibenensis.

6. Quod si aliqui ex prædictis vnde decim electoribus obie-  
rint, vel tempore vocationis ad electionem legitimo impedi-  
mento fuerint detēti, aut extra terminos Duriminæ extiterint,  
ita ut venire non possint, in eorum locum substituantur \*Abbas  
Sancti Saluatoris Ganfensis, & quotquot alij infra illum fuerint  
necessarij ad prædictum numerum vnde decim electorum complē-  
dum, & integrandum.

+ Volumus autem, ut qui hoc modo in vna electione, elec-  
tores semel in triennio fuerint substituti \* ad alteram eiusdem  
triennij non accedant, sed alij, qui post illos immediate, & suc-  
cessinè subsequuntur secundum ordinem antiquitatis suę.

7. Reuerendissimus verò, si legitimè fuerit impeditus, quem  
maluerit Procuratorem, alias dignum, & idoneum instituet, qui  
nomine suo suffragetur, atque presideat.

8. Si Sociatus Reuerendissimi, aut alicuius Procuratoris  
Curialis officium vacauerit intra tempus prædictum, eligatur al-  
ter; Electores autem erunt cum Reuerendissimo Diffinitores  
soli, ac Visitatores, qui alias legitimè impediti non fuerint.

9. Vacante denique munere Secretarij, Reuerendissimus,  
ac Diffinitores similiter non impediti (prout in Capitulo Gene-  
rali sit) alterum eligant.

10. Ante-

10. Antequam ad prædictas electiones Abbatum, Diffinitorum, ac Visitatorum procedatur, feratur censura, de qua suprà cap. 1. num. 5. & Misla de Spiritu Sancto cantetur; in cæteris verò electionibus dicatur etiam prius, sed sine cantu.

+ Quod si ante prædictas electiones aliquis iuxta edictum contra subornantes impositum, teneatur aliquid denunciare, Reuerendissimo coram Relatore illud denuntiet, Reuerendissimusque duos electores antiquiores alias non impeditos, seu denunciatos conuocet, & cum illis simul negotium iudicet, & iuridicè expediatur.

11. Quod verò attinet ad eligendos seruentur ea, quæ suprà Constit. 3. de ijs, qui possunt eligi statuimus. *Præcipimusque* præterea, vt nullus in his electionibus intermedijs vocem possit habere passiuam, nisi ipsomet die, quo fit electio statem Monachalem superius requisitam attingat.

12. Publicata electione, si fuerit electio Abbatis, Diffinitoris, aut Visitatoris, iubeat Reuerendissimus edictum affigi loco publico, propurificanda persona electi, ipsaq; electione, in quo simpliciter præcipiat, vt si quis in electo, aut electione defectu aliquem nouerit ratione cuius non possit, aut debeat confirmari, vel electio debeat irritari intra breue aliquod horarum spatium ibi assignandum ipsimet Reuerendissimo denuntiet. Quo termino peremptorio transacto, si nihil opponatur, aut denuncietur, Abbas electus poterit confirmari, Diffinitorique, aut Visitator iuramentum accipere. Siverò aliquod denuncietur impedimentum, procedat Reuerendissimus, vt suprà statuimus Constit. 3. cap. 5.

### CAPVT TERTIVM.

#### *De electione intermedia Presidentium, ac aliorum vices gerentium.*

1. **N**e aduentante iam pendenteq; Capitulo Generali, electiones in illo celebrandæ antevertantur, eleganturque Abbes aliquando ferè diales, statuimus primò, quod si aliqua  
Abbatia-

Abbatialis dignitas Interamnensis, aut etiam Sancti Martini do Couto, ultimo anno triennij vacare contingat à die Sancti Patris Benedicti vigesimo primo Martij inclusuè, vsque ad Capitulum Generale, nullus in hoc euentu Abbas intermedius eligatur, sed interea Reuerendissimus Monachum alias dignum, & idonum in Monasterio vacante constituat, qui sub Præsidentis titulo in spiritualibus, ac temporalibus illud authoritate ordinaria gubernet, ad actualem vñque possessionem Abbatis in Capitulo nouiter eligendi.

Præses tamen hic Capituralis non erit, sed statum Monasterij ad Capitulum Generale mittet, Conuentusq; cum ipso, quæ maluerit Capitularcm Procuratorem instituet, non ad suffragandum in electionibus, sed vt in causis, ac negotijs emergeatibus, quæ ad prædictum Monasterium attineant, Procuratoris munus exequatur.

2. Si verò Abbatiales dignitates à Prouincia Interamnensi remotiores, vt Conimbricensis, Scallabitana, Olyssipponensis, & aliae, prædicto ultimo anno vacauerint à die Sanctæ Scholasticæ virginis, Februarij decimo inclusuè vsque ad Capitulum, Abbas etiam intermedius non eligatur, sed Reuerendissimus Præsidem constituat, vt supradicti monachii in eisdem officiis leviter in opere.

3. Si munus Diffinitoris, aut Visitatoris prædicto vacauerit anno intra tempus illud Benedictinum, quod videlicet à die Sancti P. Benedicti inclusuè ad Capitulum vsque prolabitur, nulla alterius celebretur electio, sed Abbas, aut Præses illius Monasterij, in quo Diffinitor ille, aut Visitator Conuentualis residebat, ipsius Diffinitoris, aut Visitatoris vicem suppleat, cum secundum leges fuerit opus.

4. Si munus Socij Reuerendissimi prædicto anno, ac tempore vacauerit, alter non eligatur, sed eo ipso Secretarius in ijs, que ad Socium pertinent, illius vicem suppleat. Similiterque è conuerso, si Secretarius tunc temporis decebat, ea quæ ad munus Secretarij spectant Socius exequetur, absque alia noua Secretarij electione.

† Vtique autem forte vacante, ne Reuerendissimus omnino indomitatus mateat, nullus eligatur, sed Reuerendissimus eligit, & nominet quem voluerit, qui Secretarij vicem gerat, Capitularis tacet, seu vocē actuā in Capitulo Generali nō habebit.